JOHANNI S. MI-
CHAELIS DILHERRI,

DIALOGI PHI-
LOLOGICI,

PROPONENTES

Jucundam deambulationem,
antiquitates ſacras,
alloquium in malis,
Genialem convivii ſermonem.

Editio altera emendatior.



NORIMBERGÆ, Sumtibus Joan-
nis Tauberi, ANNO 1661.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

Clariſſimo atque Eximio

DN. PETRO

P. WINSTRUPIO Dano, SS. Theol. Candidato digniſſimo, Philologo inſigni, Amico ſincero & conſtanti, S.

IUxtà mecũ tenes *Winſtrupi Dilectisſime*, tantam eſſe literarum humaniorum ſuavitatem; ut, qui intelligit, non poſſit non earũ amore inardeſcere. *Linguas* enim imbibere potiores, *Antiquitates* perluſtrare occultiores; quid dicam aliud,

quàm ad auream illam redire ætatem, quam Heroesingeniorum eminentisſimi exornabant, viamq́ue indagabant, qua ad ædem Honoris aliquando appellere posſemus. Videbant hoc Patrum, & noſtra etiã tempeſtate, eruditorum anteſignani, *Cauſabonus, Scaliger, Lipſius, Heraldus, Druſius, Heinſius, Rivetus, Barthius, Meurſius, Amama*, alii: qui linguarum cognitione & collatione, ac Vetuſtatis inquiſitione, partim ψυχῆς ἰατρεῖον καὶ πανοπλίαν, ſanctisſimũ Scripturæ Codicem; partim utilisſima Beatorum Patrum, & Scriptorum etiam ſeculariũ volumina, ita illuſtrarunt, enodarunt, perſanarunt;

narunt; ut ſi in vitá revocarentur, civicam ſeſe illis coronam debere, non diffiterentur. Solum intueamur *Heinſium*, at quem Virum? Nonne eum ſe præbuit in *Ariſtarcho*, qui vel ipſius Ariſtarchi cenſor posſit deſignari? *Linguarum* adminiculo loca *S. Johannis* aliquá multa reſtituit deſperata: ope *Antiquitatum*, ritus cœleſtis Doctoris, & terreſtrium Auditorum, hactenus ignoratos, evidentisſimè explicavit, ut è ſcopulis in tranquillum jam deportemur.

Nolo *Meurſium*, æternũ Patriæ tuæ Academiæ decus, commemorare: qui, iisdem mediis, noſtris *Ar-*

nobio & *Minutio Felici*, jam animam agentibus, feliciſſimè medicatus eſt. Studii hujus nobilitatem cùm pluſculis abhinc annis, à Doctoribus meis honoratisſimis, M. Chriſtophoro *Crineſio*, M. Daniele *Svventero*, Philippo *Carolo*, Profesſoribus laudatisſimæ Noricorum Univerſitatis celeberrimis, aliquoties deprædicari audirem: mecum illicò in intimiorem ipſorum perreptare familiaritatem, & quid rei ſit Philologia, cognoſcere ſtatuebam. Viri illi optimi, qua erant erga quemvis ſtudioſorum humanitate ac fidelitate, aditum haud

haud difficilem mihi facilè concedebant, ex ignorantiæ cœno protrahere, ac mentis mihi oculos aperire contendebant ; quo deſideratam amaſiam perviderem, & , quantum vellem, amplexarer, oſcularer. Oblatam occaſionem captabam , commodatos mihi libellos pervolvebā , tandemque ſcriptione Dialogi unius atque item alterius, viriculas meas pertentabam, & quo eſſem usque progresſus, explorabam. Chartas iſtas cùm nūc nuꝑ inter lituraríos meos reperirem, perlegerem, earumque apud te, amice dulcisſime, mentionem injice-

nobio & *Minutio Felici*, jam animam agentibus, feliciſſimè medicatus eſt. Studii hujus nobilitatem cùm pluſculis abhinc annis, à Doctoribus meis honoratiſſimis, M. Chriſtophoro *Crineſio*, M. Daniele *Swentero*, Philippo *Carolo*, Profesſoribus laudatiſſimæ Noricorum Univerſitatis celeberrimis, aliquoties deprædicari audirem: mecum illicò in intimiorem ipſorum perreptare familiaritatem, & quid rei ſit Philologia, cognoſcere ſtatuebam. Viri illi optimi, qua erant erga quemvis ſtudioſorum humanitate ac fidelitate, aditum

haud

haud difficilem mihi facilè concedebant, ex ignorantiæ cœno protrahere, ac mentis mihi oculos aperire contendebant; quo deſideratam amaſiam perviderem, &, quantum vellem, amplexarer, oſcularer. Oblatam occaſionem captabam, commodatos mihi libellos pervolvebã, tandemque ſcriptione Dialogi unius atque item alterius, viriculas meas pertentabam, & quo eſſem usque progresſus, explorabam. Chartas iſtas cùm nũc nũp inter lituraríos meos reperirem, perlegerem, earumque apud te, amice dulcisſime, mentionem injice-

rem : opellam meam
non improbari videb
Deſcripſi igitur, prelo
jeci, tibique uni conſe
vi.

Cauſam facti habeo
tam.

Ut enim taceam ἐνεϱ
ματα, quæ omnem m
facundiam longisſimè
pergrediuntur, nec
posſunt officio deſign
linguam tamen ſolvunt
calamum permovent
tes tuæ aliæ planè ad
randæ; quæ jam olim
tui me cultum perdu
runt, utque mea prope
omnia ad te deſtinarem,
pulerunt.

Pietatem, quam *ex*
broſio ſcis juſtorum eſſe
bun

bunal, egenorum portum, miſerorum ſuffragium, indulgentiam peccatorum; ita tibi esſe cordi pateris, ut non immeritò cæteros in te, tanquam in ſpeculum, intueri jubeamus. Præterea ex *Gregorio, pietatis hujus tuæ viſcera* non ad eos tantùm extendere didiciſti, qui per vitæ asſiduitatem Tibi innotuere: ſed *charitatis rivos* ad longè ducis plures: quia fratres ſunt jure naturæ, matris unius, & unum agnoſcunt Patrem DEUM, unum bibunt ſpiritum ſanctitatis, de uno utero ignorantiæ ejusdem, ad unam lucem expaveſcunt veritatis: ut gravisſimè

ſimè tuus te docuit Tertullianus. *Humanitatem* qui non magnoperè tuam extollat, malignus ſit, neceſſe eſt, & dignus, qui eam nunquam perſentiſcat. Quamvis enim familiâ admodum conſpiuâ ſis oriundus, multis primæ caveæ proceribus in medullis hæreas & viſceribus, ipſum denique Regem tuum Potentiſſimum, Dynaſtam incomparabilem à te non eſſe alienum, animadvertas indubiè: neminem tamen te arbitraris inferiorem: vultumq; geris erga omnes talem, qui gratiam abundè ſibi conciliet.

Benevola igitur hac tua co-

comitate has ſuſcipe pagellas, &, quo ſoles, auctorem amore complectere. Multa videbis, Clariſſime, quæ ad judicii tui limam examinata accuratiſſimam, carbone videbuntur notanda: quibus rus & inficetias obſecro, condones, & venia me non indignũ arbitreris. Conſiderabis & accuſabis fortunam meam iniquiſſimam, inſultus ejusdem acerbiſſimos, quibus vix *Socratem* vel *Anaxarchum* credam ferendis. Studia inde mea non niſi fuere deſultoria, profectûsque triviales: quibus, ὠδαιμόνιε ut ter ſanctus Jehovah colophonẽ aliquando im-

ponat feliciorem, mecu
orabis, more ſolito, cor
ardentisſimo. Vale, Op
me, benè. Dab. Jenæ No
Oct. Anno M.DC. XXX

C. T.

Omni fide, in omni vita:

Joh. Mich. Dilhe
P. L. C.

A

AD VIRUM CLARISſimum

JOHANNEM MICHAELEM Dilherr/P. L. C. Amicum præmodùm dilectum, de officio ſibi demandato, Epigramma extemporaneum

Gratulor ex animo Clariam tibi, Clare Dilherre,
Spartam; non partam vel prece vel pretio:
Tu nullis illam prenſaſti χρήμασι *nullis*
Illam prenſaſti ῥήμασι, *teſte Deo:*
Te, pasſum graviora Deus reſpexit, & illam
Donavit, præter ſpem, tibi ſponte ſua:
Tu non currebas; mittebat te tamen ipſe
Jova benignus ad hoc officium Clarium:
Quòd ſis legitimè * κλητὸς, *magnum tibi* † κλῆτος;
(* i. e. vocatus. † i. e. honor & gloria.)
Qui non κλητὸς, *eum* κλῆτος *honoréq; fugit:*
Currebant, ſed non mittebam; *talia dicit*
De multis quos non miſerat, ipſe Deus:
Mittebam; ſed non currebat; *talia dicit*
De te, quem verè miſerat ipſe Deus.

Ex συζητήσει noſtra te judico dignum
Hac ſparta, quam tu nactus es, eximia:
Scripta, quibus pridem dulciſſima tympana fama
Pulſaſti, doctum te ſatis eſſe probant.
Hac, avidis oculis ſalienteq́ corde, legendo,
Te cœpi toto pectore diligere;
Dicebam ſtatim mirando, quis iſte Dilherrus?
Me decet hunc hominem notificare mihi:
Ad me confeſtim te, Docte Dilherre, *vocavi,*
Ut notum facerem te mihi, meq́ tibi:
Cum nobis eſſent belliſſima tempora fandi,
Lentula, præ foribus, pollice ſigna dabas:
Cum famulus mihi ſignificaret adeſſe Dilherrum,
Hoc occurrebam protinus alloquio;
Ad mea vota venis, perquam dilecte Dilherre;
Hoſpes nemo poteſt gratior eſſe mihi:
Tunc, inter libros, aliquot conſedimus horas,
Dum candor noſter ſanxit amicitiam:
Judicii ſerram Latio ſermone trahendo,
Alternis dedimus mutua verba ſonis:
De variis rebus multos ex tempore *verſus*
Fecimus, & luſum luſimus hunc hilares;
Ce-

Cedere non volui tibi, nec mihi tu voluiſti
Cedere; nam vetuit cedere vena ſacra;
Non tibi diſplicuere mei verſus, vice verſâ,
Non mihi verſiculi diſplicuere tui:
Venam mirabare meam, præclare Dilherre;
Mirabar venam non minus ipſe tuam.
Seria nos etiam tractavimus; ore rotundo
Tu mihi ſolvebas quodq́; ſophiuma meum:
In Latio ſermone tuo, tua verba nitorem
Spirant; nam loqueris cum Cicerone *tuo;*
Non Hopper, Jopper, *non* Volſce *ſcribis & Olſce;*
Tu non è triviis verba Latina petis.
Es ſanctis linguis inſtructus, & omnia doctus
Lemmata, quæ nobis tradit Ariſtoteles;
Non ignota tibi ſacri Myſteria Libri;
Elicis ex ipſis fontibus illa ſacris.
Propter doctrinam ſolidam, geniumq́; fidelem,
Impensè faveo, Chare Dilherre *tibi:*

Digitized by Google

Inprimis verò propter vivam pietatem
Fervoremq́ precum, dulcis amice, places:
Scintillas pietatis, ad incudem ſtudiorum,
Tu ſufflas vento folliculoq́ precum;
Conatus etenim noſtros pietasq́ precesq́
Succesſu mactant proſperiore ſacros.
Te numero Patrum Conſcriptorum *ſociatum*,
Illuſtri propter tot tua dona, reor:
Vix potuit quisquam reperiri dignior illo
Officio; non os oblino blanditiis.
Det Deus, ut posſis longævam vivere vitam:
Confido, ſcriptis conſore te celebrem.
Hoſce boni, malè tornatos, tu conſule verſus,
Quod poſcit noſtræ fœdus amicitiæ.

f. τῆς πρόσθεν φιλίας
ἕνεκα.

Petrus P. Winſtrupius
Danus.

Dia-

Dialogus I.

Theophilus. Philomuſus.

T. Ipſa me dies æſtiva, torridaque ſolis intemperies ex muſeo, loco, præterquam Phœbo ejusque ſororculis, noto aliàs nemini, in publicum prolectat; utque, dato Muſis gravioribus commeatu, aliqua me deambulatiuncula reficiam, impellit. Longè autem illa foret jucundior: ſi tu mihi te comitem jungeres. Campum petemus nemori vicinum, eumque pulcerrimum; ubi erimus

admiraturi ſuperantes nubila pinus, Paling in Gemin.
pinus, quæ duro clauſerunt cortice quondam
dilectum Cybelæ juvenem: ſpeciesq́ volucrum
plusquàm mille ſuo replebunt aëra cantu.

Oculos ſi vago quodam & curioſo adſpectu circumtuleris; non

non campum dices, ſed cœl
non flores ſcintillantes, ſed
cantes aſtrorum radios,

Varro. *--noctis circiter meridiem*
cùm pictus aër, fervidis latè ign
poli choreas aſtricas oſtenderit.

Lipſ. l. 2. de Conſt. Adonidis vireta hortique
cinoi imagines videbuntur
ſcarum: Arabum areolæ ac
villi, ad hunc comparati e
tent mephitim. Optabis
Argo, oculus totus, cum C
lo totus fieri naſus. Dices, D
lam omniparamque Natur
quicquid vel noſter, vel nobi
poſitus habet orbis eximii, F
huic conceſſiſſe.

P. Campum mihi, Theop
depingis paradiſiacum, quo
velut oculiferio * permo
Nunquam verò, ſi vel Suade
ore ſeſſitaret tuo, efficies,
ſtudio me abduci, & tradi p
in otium.

* Hoc vocabulum Lipſius & Modius legunt apud Senecam ep. 33. Sunt autem oculiferia vel ocliferia quæ in
te tabernarum cum titulis exponuntur, & o
tranſeuntium feriunt, ac emtorem alliciunt.

No

Nonne aures circumſonat illud Græcorum? χρόνϐ φεῖδϐ, parce tempori. Quia enim vita brevis eſt, temerè illud non eſt conſumendum. Πολυτελέςατον ἀνάλωμα χρόνϐ, ſumtuoſiſſimam temporis jacturam dixit Democritus. Ut in flumine unda undam trudit, nec unquam revocas elapſam; ſic in tempore dies diem, nec reparas amiſſam. Tecum reputa, quid ſcribat Plinius: Repeto, me correptum ab avunculo, cùm ambularem: poteras, inquit, has horas non perdere: nam perire omne tempus arbitrabatur, quod ſtudiis non impertiretur. Ne igitur in eo ſimus profuſiſſimi, cujus unius honeſta avaritia eſt.

Clem. Alex. l. 1. Strom.

Lipſ. C. 1. ep. 55. Plin. l. 3. ep. 5.

Sen. de Brev. c. 3.

T. Rectè philoſopharis, Philomuſe, & numerò in animum mihi ſimul revocas Ciceronem, qui negabat, ſi duplicetur ſibi ætas, habiturum tempus, quo vel Lyricos legat, vel etiam Dialecticos.

Id. ep. 49.

Id. de Tráq. c. ult. cos. Sed tamen hi omnes aliquid nobis laxamenti tribuendum non negant. Danda eſt, ait Seneca, remisſio animis: meliores acrioresque requieti ſurgunt. Ut fertilibus agris non eſt imperandum: citò enim exhauriet illos nunquam intermisſa fœcunditas; ita animorum impetus aſſiduus labor frangit. Vires recipiunt paullum reſoluti & remisſi. Naſcitur, ex aſſiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & languor. Utique ſecundum Poetam,

Auſon. Idyll. 4. v. 1. *ſunt etiam Muſis ſua ludicra, miſta Camœnis otia ſunt.*

Neque id abſque Majorum exemplo: quod ex Romanorum Sen. l. 1. ſapientisſimo elucet, qui dicit: Magni viri quidam ſibi menſtruas, certis diebus, ferias dabant: quidam nullum non diem inter otium & curas dividebant, qualem Pollionem Aſinium, Oratorem magnum meminimus; quem nulla

nulla res ultra decimam retinuit. Ne epiſtolas quidem poſt illam horam legebat; ne quid novæ curæ naſceretur: ſed totius diei laſſitudinem duabus illis horis* ponebat. Quidam medio die interjunxerunt, & in poſtmeridianas horas aliquid levioris operæ diſtulerunt. Majores quoque noſtri, novam relationem, poſt horam decimam, in Senatu fieri vetabant. Miles vigilias dividit, & nox immunis eſt ab expeditione redeuntium. Indulgendum eſt animo dandumque ſubinde otium, quod alimenti ac virium loco ſit: & in ambulationibus apertis vagandum, ut cœlo libero & multo ſpiritu augeat attollátque ſe animus.

* Diei noctisque ſpatium, quod ἡμερονύκτιον D. Baſilius nominat, veteres horis 24. definiebant. Dies ex horis duodecim, totidem nox ipſa conſtabat. Erant autem pro quoq; anni tempore, ac dierum noctiumque productione atque contractione, longiores quoque ac breviores. Achilles Statius c. 9. Obſervat. De his, κατὰ θεὸν, aliquando uberius, in Decuriis antiquitatum Sacrarum, Dec. 1. n. 4.

P. Pedibus in tuam diſcederem ſententiam, niſi illud me angeret, quod non nemo mihi ſuggerit

Thom. à Kempis de Imit. Christi.

rit Religioſorum: quoties in publicum prodii, toties minor redii.

Plin. Sec. præf. H. N.

T. Religioſum iſtum permagni ego facio, ejusque libellum non indignum æſtimo, propter quem vel vadimonium deſeras. Sed non omnem ille culpat extra ædes penetrationem: verùm iſtam ſolummodò vituperat, qua turbulentæ nos turbæ, & ignobili vulgo miſcemus. Nos autem, monito Platonis, volumus εἰς καλόν τι κατὰ τιθέναι τὴν σχολὴν, otium ad rem aliquam honeſtam conferre, & non inutili forſan impendere ſermocinationi.

Plutarch. de ſan. tuend.

P. Exemiſti dubium, & animum addidiſti. Nunquam à te, niſi vel doctior, vel melior abeo. Sive enim vinco, ſive vincor, uſurpo victoriam. *Si enim tu meus es victor; ego triumphator ſum erroris: ſin ego te ſum ſuperior: palmam mihi ſanè quàm lubens concedis.*

Minut. Felix in Octav. circa fin.

T. Quin igitur imus. Quid dubitas

bitas de loco? Cur tantopere lateris dextri ambitione protegere me conaris? Deliciæ iſtæ ab amicitiæ finibus exulare debebāt, quę pares ſemper accipit, aut facit.

Id d.l. ferè ab initio.

P. Comitem, quæſo me habe exteriorē. Etſi nondum conſtat, utrum latus apud antiquos habitum fuerit præcellentius. Procul dubio apud Scriptorem legiſti haud imbellem, apud antiquos ſedere à dextris erat minus honorificū, quàm ſedere à ſiniſtris. Unde etiam in ſigillis plumbeis Pontificum, & in multis antiquis picturis Petrus ponitur à ſiniſtris: cùm tamen conſtet, Petro ſemper delatum primum locum fuiſſe.

Horat. l. 2. Serm. Sat. 5.

Bellarm. l. 3. de incarnat. c. 15.

T. Imò verò non conſtat. Nonne ita bellè minus parumq; Chriſtianè Petrum ſupra Chriſtum extollit; quia Chriſtus à Romanēſibus ad Patris dextram, Petrus verò ad ſiniſtram depingitur. Sigillis plumbeis qui fidem

ſem-

ſemper adhibeat, plumbeus ſit oportet. In iis enim colligendis & effigiandis * qui operam poſuerunt ſuam, miram notarunt varietatem: quod vel ex Aldo Manutio, vel ex magno Velſeri & Gruteri opere conſpicias. Audi Gallicam Sirena Turnebum in hujus phraſeos: tegere latus: enodatione; latus tegere, intelligimus esſe latus ſiniſtrum alterius, qui vel ætate, vel honore ſuperior eſt, claudere: quod qui facit, tanquam pro ſcuto ſit, quo latus præſertimque ſiniſtrum tegitur, latus tegere dicitur: aut, ut qui in acie nobis ad lævam adſtat, dum ſcutũ ad dextram vertimus, nudum latus ſiniſtrum protegit. Hinc comes exterior, qui ad lævam eſt, qui locus inferioris eſt: & Ovidius, dextrum hominem, qui in honeſtiore loco eſt, interiorem putavit: eum, qui ad lævam esſet, exteriorem vocavit.

* uſurpat Auguſtin. l. 7. de Civ. D.

Turn. L. 14. Adverſ. c. 24.

Tam certè firmum eſt certúmque

que, dextram non amoris tantùm, ſed honoris etiam fuiſſe & eſſe ſignum, quàm bis duo numerum efficiunt quaternarium, aut muſcæ dantur in Apulia, ubi caletur maximè. Parvulus ille recens natus Jacobo Patriarchæ, quem mater filium doloris ſui בֶן־אוֹנִי Benoni vocabat, à Patre בִּנְיָמִן Biniamin, filius dextræ appellatur. Ubi Franciſcus Vatablus adjicit: dilectum, charum. Honoratior enim eſt, ait doctus inter Hebræos (intelligit רדק Rabbi Davidem Kimchi) dextera manus ſiniſtrâ, & charior, quaque uti ſolemus in apprehendendis rebus iis ſive hominibus, qui nobis ſunt chari. Inde, quod dextera notet honorem, eruditis in figura, dextera alicujus dicitur, quo quis efflictim gaudet.

P. Forſan ex hac ſignificatione explicandus nobis locus Salomonis illuſtris: cor ſapientis in

dextera ejus, & cor ſtulti a
ſtram ejus.

T. Vir doctiſſimus paul
clarat aliter: ad dextram, i
ens, ejus, hoc eſt, præparatu
omnia recta: ut manus c
eſt homini apta rebus ben
rendis. Hæccine an ad pal
Philomuſe?

P. Sunt. Rectè tandem
ſagiebam, hanc mihi proc
bulationem fore conducib
Quandoquidem, in magna
quitatum amœniſſimarum
hoſpitem te non eſſe, ani
verto: plures tibi difficulta
commodo tuo fieri poſſit,
explanandas. Sed fortè rie
diverſicoloribus floſculis p
& avium, ut Quintilianus l
rur, dulce avium, tibi ſunt a
mento, animumque nunc
nunc illuc dividunt, inque
tes rapiunt varias; ut med
reſponſioni aptus eſſe haud
ſis. Veteres enim, quod te

fugit, cum gravioribus ſeſe ſtudiis vellent dedere, ἐρημίαν ſolitudinem eligebant, quam χρυσοῦν πρᾶγμα, rem auream Amphidis apud Stobæum indigitat. Addo Plutarchum, cui vocatur σοφίας γυμνάσιον, ἠθοποιὸς ἀγαθὴ, ἣ καὶ πλάττει καὶ μετευθύνει τῶν ἀνδρῶν ψυχὰς, gymnaſium ſapientiæ, morum formatrix bona, quæ fingit & dirigit hominum animos. Unde loca & opaca tenebroſaque, imò ipſam noctem exoſculabantur, certè amplectebantur, quam conſiliis & contemplationibus deſtinarent. Celebratur Diodoro Siculo Epicharmus, qui hunc nobis reliquerit, ſenarium:

Stob. ſerm. 54.

Id. Serm. 56.

ἐν νυκτὶ βουλὴ τοῖς σοφοῖσι γίγνεται.
In nocte conſiliũ ſapientib. naſcitur.

Id eſſe viriſſimum, ſtatuit Philoſophus Chæronenſis, qui ſenſuum motu perparco uti aſſerit, quotquot mente utuntur plurimùm. Unde & muſea longiſſimè

ab urbibus ædificabant, & noctē εὐφρόνην παρὰ τὸ εὐφρονεῖν euphronam vel ſapientiæ magiſtram dicebant Græci; ad conſiderationem & inventionem eorum, quæ quæruntur, admodum conducere quietem, & intervenientium aut aliò abſtrahentium impedimentorum vacuitatem exiſtimantes.

T. Rem ipſam putas, Philomuſe; & pari tecum voluntate ſententiaque concinit Marſilius Ficinus, Philoſophus Platonicus qui ſplene ſatis petulante imperitos proſequitur adoleſcentes qui, ubi ad ſerias ſe conferre contemplationes diſcupiunt Theſſaliæ ſibi tempe exoptant quæ omnis generis ſeminiſque habent oblectamenta, non manibus hominum, ſed ſpontanea naturæ facta proclivitate: ut Aelianus πολύϊςωρ ea non immerito ὀφθαλμῶν πανήγυριν, quaſdam quaſi oculorum nundinas appellita.

litârit. Si ad ſanctos Eccleſiæ recens plantatæ Antiſtites te conferas; ſolitudinem eclogiis efferri ab ipſis invenies invidendis. Producamus ex magna illorum cohorte Gregorium Nazianzenum: Helias, inquit, libenter in Carmelo philoſophabatur, & Johannes in deſerto; & Jeſus ipſe, ut actiones multitudini hominumque frequentiæ, ita preces quieti locisque ab hominum commercio ſemotis ferè tribuebat. Quid per hoc ſanciens, ac velut lata lege ſtatuens? nempe nobis quoq; non nihil quieſcendũ eſſe, ut animo minimè turbido cum Deo verſemur, mentemque à rebus vagis & incertis paullùm reducamus. Verùm hæc maximè eos concernunt, qui rerum planè ſibi ignotarum veritatem è βυθῷ Democriteo, καὶ βυθίῳ βυθμῷ eruere contendunt. Cum enim in obſcuro illa lateat: anima eam vix ac ne vix quidem, niſi ab offi-

Aelian. l. 3. c. 1.

Cic. l. 4. Acad. quæſt.

Macrob. l. 1. in Somn. Scip. c. 3.

ciis corporis paululum lib
terdum adſpicit. Si qui
cum animo ſuo veterum
à te iri me interrogatum a
memoriam recenſent,
dammodo in præterita re
Minut. Felix in Octav. quæque jam transacta, d
vel antea fuere ingenio ha
cordatione revocant: ej
ſeceſſu opus non habent.
quod ſolitudo hæc anim
us, quàm loco videtur ca
Animum cogo, inquit Se
bi intentum eſſe, nec avo
externa, omnia licet for
nent; dum intus nihil tu
ſit, dum inter ſe non rixen
piditas & timor. Ὁμόψηφο
Clem. Alex. l. 7. Strom. Clementem Alexandrinu
minem apprimè eruditur
mihi verè & hoſpes & pere
in tota terra, qui, in civitate
tans, contemnit ea, quæ in
te ſunt, & quæ alii mirant
vitque in civitate tanquam
litudine, ut non locus eu

gat, ſed liberum eligendi arbitrium oſtendat juſtum. Non poſſum, Philomuſe, quin mellitos verborum globulos, & verſiculos ſeſamo ſparſos & papavere tibi recitem Scaligeri, vel rectiùs Nazianzeni, qui ſobolis hujus parens; ille, quaſi Sartor, veſte tantùm ornavit Latiali:

Scalig. in Hipponact. de vita ſolit.

Theſaurus almus ſolitariæ vitæ,
imò repoſtus flentis in ſinu mundi,
Si quem beârit: ille ſolus eſt dives.
Beârit autem ſolitarium; verùm
non, qui remotus à frequentiū cœtu,
conſauciatur à frequentibus curis:
ſed quem frequentem cum frequentibus civem,
à proſtitutis abdicat Deus curis,
locis frequentem, mente ſed ſibi ſolū,
exemplar ut ſit ſolitariæ vitæ.

P. Conſentio, ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, velut in cratere philoteſio,* Jam ſi dividiæ tibi non fuerit, rogatum velim, nonnullis ignorantiæ nebulis, lucem ſciētiæ tuæ haud invidus addas aut invitus,

* In eos, qui poſt diſſenſum conſentiunt. Dicitur crater phi-

loteſius, quem in conviviis alter alteri porrigit, in amicitiæ Symbolum.

tus,nec in imperitię vulgar
citate me deſeras.

T. Volupe ſit mihi,homi
micisſimi ingenio velificar
verò formandus tibi eſt ani
ut libram teneas æquisſim
cis, vel avidisſimi magis a
ris; nec in alteram partem p
ſus incumbas; ut vel ex me
ſententia,vel tuo ſenſu, ſed rei
natura prolatam judices ve

P. Habebis me tuo ab ore
ter pendentem,& omnia
ναμιν expendentem. Qu
hiſtorię mihi ſcrutinio dec
ex illo depromam libro;

a. Athanaſius.
b. Irenæus.
c. Chryſoſtomus.

alii *a* ψυχῆς τροφὴν, anima
alii *b* κανόνα τῆς ἀληθείας
normam veritatis invariab
alii *c* ἁπάντων ἀκριβῆ ζυ
γνώμονα καὶ κανόνα, omniũ
ſitã trutinam, regulam &
inſigniunt. Ubi pretioſum
nis lumen nec nimis te el
quippe nonnulla circum
caligine; nec nimis etiã aſ

turum confido: cum Deum & auctorem & fautorem agnoſcat, Abſit n., ut in hoc nos Deus oderit, in quo reliquis animalibus creavit excelleniores. Abſit, inquam: ne ideò credamus, ut rationem accipiamus ſive quæramus: cùm etiam credere non poſſemus, niſi rationales animas haberemus. Animo tamen ſemper meo aureolũ illud Epiſcopi Hipponenſis obverſabitur, ſi ratio contra divinarum ſcripturarũ auctoritatẽ redditur, quamlibet acuta ſit, fallit veriſimilitudine: nã vera eſſe non poteſt. Rurſus, ſi manifeſtæ certæque rationi velut ſanctarum ſcripturarum objicitur auctoritas: non intelligit, qui hoc facit; & non ſcripturarum illarum ſenſum, ad quem penetrare non potuit, ſed ſuum potiùs objicit veritati, nec quod in eis, ſed quod in ſeipſo, velut pro eis, invenit, opponit.

T. Scio, qua fini hoc ſpiculum

ejaculeris. Illi enim, qui d
nam illam humaniorem ,
rum elegantiarum & m
mentorum memoriam à ti
blattarumque mancipatu
munt , jam diu malè auc
quod nimis ſint rigidi ac n
opinionum ſuarum , ſent
rumque defenſores ; ut fa
lupo ovem, milvio gallina
Perſius Sat. 5. * Elegantiſſimè vetera deliramenta vocat veteres avias, quæ decrepitæ & deliræ aviæ nobis quaſi inſtillarint. quilæ prædam , Herculi c
extorqueas, quam illis vete
as avias * à pulmone, ut Sat
loquitur, revellas. Quod a
benè habet. Quàm enim
quam contra ſcripturæ m
ſciens effutiam, malim

in Phlegethonteis candeſcat
flammis,
quando ſuas flammas hor
ipſe Phlegon:
Nicol. Suſius Eleg. 20. *illa cutem exurat, carnem po*
& oſſa,
atq; truciferuens igne medul
Suppliciis non ſit modus, & g
tur in imis

flamma fibris; ſtygio ferveat igne
jecur.

Didici & hoc ex Juſtino Martyre: nunquam audebo vel hoc in animum inducere, vel eloqui; ut dicam, adverſari ſibi invicem ſcripturas: verum ſi qua ſcriptura, quæ ejusmodi esſe videatur, in medium proponatur, & obtentum eum, quaſi adverſaria ſit alteri, habeat: omnibus modis perſuaſum habens, nullam ſcripturam ab alia diverſam esſe, ipſe me potiùs, quæ dicta ſunt, non intelligere fatebor. Ecce meam de ſcripturarum explicatione ſententiam; quam nec tùm mutabo,

Iuſtin. Dial. cum Tryphon.

cùm jam finierit Lacheſis mea fila, dieſq;
ultimus addiderit membra hæc exhauſta ſepulchro.

Faling. in Sagitt.

Hæc ſumma eſt, hoc voti mei caput.

P. Servet Deus voluntatem, & augeat facultatem. Quando jam capi-

capitis feciſti mentionem, intr
cata mihi phraſis incidit Biblic
Gen.40/13. 19. rum: tollere caput. Quam quo
modo debeam interpretari, ne
ſcopo aberrem, quæſo, ſi nôſ
(nôris autem procul dubio) edis
ſere. Conati ſunt multi, ſed tan
tùm conati. Tu, niſi manum tib
visendo jaciã, ſta promisſis: ne
rigorem LL. XII. pertimeſces.

T. Præſtabo fidem, ejusque e
Cic.l.1.Of-fic. tymon reapſe confirmabo. Ean
enim dictam didiciſti, quod fiat
Fiet autẽ, ſi ad linguam textúm
que reſpiciam primævum, ſi He
bræum conſulam, præter anti
quitatem, ſermonem. Ita enim
à manu & inſtitutione meorum
me Præceptorum profectum glo
rior, aureis hiſce monitis muni
Hieron. in epiſt. ad Vital. tum dimisſum gratulor, ut, tan
quam ad arcem quandam & præ
ſidium, ſic, in oblatis V.T. obſcu
ritatibus, ad Hebraicam verita
tem confugiam. Cujus cognitio
ne infinitis aureorum millibus

care.

carere noſter noluit B. Luth. Leguntur a. ibi duo hæc vocabula נָשָׂא & רֹאשׁ, Verbũ נָשָׂא abſtulit, ſuſtulit, levavit, per מִנָּה numeravit, ſcilicet cum cæteris miniſtris, Rabbi Salomon Jarchi interpretatur, qui & in Biblia, & integrum ferè Thalmud eſt commentatus, ac vivere deſiit anno reparatæ ſalutis amisſæ MCV. Rabbi Onkelos, auctoritatis apud recutitos Judæos maximæ exponit per דְּכַר Hebraice זָכַר recordatus eſt. LXII. ſeniores modò per μνησθῆναι, modò per ἀφελεῖν convertunt. Schindlerus in Lexico Pentaglotto utilisſimo, Hebraico, Chaldaico, Syriaco, Thalmudico Rabbinico, & Arabico ſcribit: Levare caput alterius, eſt evehere, ſuperiorem reddere, honore afficere, priſtinæ dignitati reſtituere. Sed cui dignitati piſtor reſtituebatur, cùm, patibuli candidatus, animam

Luth. in comm. Pſ. 45. Locus integer & plura alia videantur apud incomparabilē noſtrum Gerhardum Method. Stud. Th. p. 47. & ſeqq.

mam infelici in ligno exhalaret? Conſulamus antiquitatem. Olim officiorum nomina in albo ſive abaco erant inſcripta; iis ad latus addebantur foramina, quibus clavi capitati ſive paxilli indebantur, ut informari iis, & ante oculos haberi poſſet expedita ratio dierum, menſium, annorum, officiorum, actionum, ſervitiorum, pecuniæ acceptæ, expenſæ, & ſimilium. Sic annalem clavum à Pontifice maximo fuiſſe depactum, auctor eſt Feſtus: ſic diribitores, qui donativo * Cæſarum in milites diſtribuendo præerant, ſi quibus dederant, clavis in abacum impactis, annotabant; atque inde clavarii à Tacito appellantur; ſic alia multa. Hunc clavum Hebræi vocant ראש caput foramen abaci בָּן baſin. Unde tollere, elevare caput: nihil eſt aliud, quàm per clavos ſervitia recenſere; ſive officiales reti-

Donativũ munus, quod à principe vel imperatore exercitui conferebatur. Feſtus l. 3.

*retineantur ſive excludantur: Quando itaque piſtori prædicitur, Pharaonem caput ipſi elevaturum & ablaturum; (utrumque enim radice נָשָׂא ſignificari innuitur) indicatur: regem miniſteriorum ac miniſtrorum rationem initurum, pariterque mandaturum, ut ipſe è ſervorum catalogo expungatur, atque adeò clavus eximatur. Quomodo & Rabbinorum, & interpretum etiam Græcorum expoſitio ſtare poteſt. Nam & recordatus eſt Pharao ſuorum in carcerem compactorum miniſtrorum, recenſuit atq; numeravit, & piſtoris clavus capitatus, ſive caput (clavi) ablatũ.

Vtitur Apulejus pro miniſtris.

P. Declaratio certè non inelegans! quem habes ejus inventorem?

T. Nolo ſua ipſum laude privare, nec quid alieni tollere in armum: Tremellium habeo, linguarum & hiſtoriarum promum condum mirificisſimum.

P. Benè

P. Benè ſe habuit princi
hoc occaſionis ſynciput
apprehendam. Cùm ha
pridem Jeremiam evolve
ſupplicii genus mihi occur
quod viſum mihi, auditu
ctum nunquam. Hebræo ſ
ne vocabatur מַהְפֶּכֶת G
καταρράκτης, Latino carc
cippus. Hebræi autem ſi in
originationem: plus mihi,
carcerem videtur ſignificar

T. Quam putas, Philo
originationem?

P. Nonne tantillum in H
palæſtra verſatum arbitra
iſthæc calleam levicula.
magis mihi in proclivi, qu
teras à fronte & calce al
acceſſorias הָאֱמַנְתִּי ſi a
tresque reſiduas pro them
gnoſcere: difficilius hoc
non videtur, quàm vulpi
comedere.

T. Quod igitur habes t

P. הָפַךְ quod, vertit, ſ
tit, evertit, denotat,

Digitized by Google

T. Acu tetigiſti : מהפכת quidem carcerem, & ipſe Rabbi Jonathan interpretatur. At Rabbi David Kimchi duo dicit eſſe ligna, quibus, quaſi compedibus, colla vinctorum conſtringantur. Translatam hanc credo pœnam à Perſis, quorum fuit propria, ad Judæos : Integra ejus deſcriptio habetur apud Plutarchum in vita Artaxerxis, quam his poſſis verbis exprimere ; Scaphas capiunt ſive ligna duo, paululùm excavata, parique inter ſe cõmenſu reſpondentia ; in quorum altero hominem, pœna qui debet affici, collocant ſupinum, vertuntque ; alterum ſuperinducũt, atque ita coaptant, ut caput, manus, pedesque exerantur, corpus vero reliquum, quaſi vaginæ ſit incluſum. Tùm miſero cibum præbent, quem ſi reſpuat, maximo adigere cruciatu, dum ſtimulis oculos fodicant, non abhor-

rent.

Digitized by Google

rent. Si jam eum ſumſerit,
ſufficiunt melle mixtum &
quo totam inſuper facier
fundunt: Poſtmodò ſoli
oculos cogunt obvertere,
cubantium examine muſ
facies omnimòdis obtega
tus autem cum facit, quod
nes, hauſto jam cibo pot
cere natura jubet: (ἐντὸς
ὄντες, ὅσα ποιεῖν ἀναγκα
ἐσθίοντας ἀνθρώπους καὶ πίν
tineæ & lumbrici ex corru
& putredine proveniunt,
bus in viſcera penetrantibu
pus abſumitur. Tandem,
minem vitæ exhæredem
ctum conſtat; ligno ſuperi
lato, carnem conſpiciunt
ſam, & magnam vermium
ribus affixorum, eaque am
tium multitudinem dep
dunt. Hæc ex illius hiſtor
gravitate autem & atrocit
licti, ſcaphis hujuſcemodi
plicatis vel detinebantur,

mebantur. Non abeunt ab hac expoſitione nonnulli Hebræorum, qui מַהְפֶּכֶת dicunt cippũ, in quo ſontium corpora evertantur & contorqueantur. Tu

---ſi quid nôſti rectius iſtis; Horat.
candidus imperti: ſi non, his utere mecum.

Non ex eorum ſum numero Id.Od.18. l.1.
--quos ſubſequitur cœcus amor ſui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria verticem:

quę peſtis potiſſimùm adoleſcentiæ ſuaviter irrepit, leniter adblanditur juvẽtuti, quæ plerúmque, ut ſimul ſapere cœpit, jam ſapit: & cùm vix limen libavit arcanæ virtutis, putat penetraſſe; quæ, poſtquam aliquot Aeſopi fabulas perlegit, ſcire ſe autumat; quid Jupiter in aurem ſuæ Junoni dixerit? cujus Catilinæ equus? quoties Clodius ſororum legerit conditiones? quantum frumenti Plautus quotidiè in piſtrino

Gotfridus Hegenitius in Philavto

Plautus.

ſtrino contuderit? quoto horæ quadrante, Capitolina cornix, Græca fuerit verba conata? quot Pſittacus, qui ſuum cantabat χαῖρε decoras geſtârit pennas? ex quo coccino Pompejus veſtem habuerit conſutam? quot Paris olim Menelao ſcyphos, cum uxore Helena, ſubduxerit? quo denique die, Ganymedes ad cœlum pervenerit, aut Icarus ceciderit, aut Phaethon conflagraverit? Non ex horum, Philomuſe, prodii ſtabulo, ſed Philoſophi potius acroaterio, qui conſignantiſſimè: Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι, καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας, καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, fortaſſe præſtat, veritatis conſervandæ cauſſa, propria etiam documenta tollere & confutare; cui ſtrenue parebo. Ut ceſpitare mihi contingat: idem tamen, ſpero, juris erit Sanatibus, quod forctibus. *

Perſius.

Ariſtoteles I. Eth. 6.

* al. fortibus. Feſtus in frag. Sanates dicti ſunt, qui ſupra infraque Romam habitaverunt. Quod nomen his fuit: quia, cùm defecisſent à Romanis, brevi poſt redierunt in amicitiam, quaſi ſanata mente.

mente. Itaque in XII. cautum eſt, ut idem juris eſſet Sanatibus, quod forctibus, i.e. bonis, & qui nunquam defecerant à populo Romano. Senſus eſt: eodem jure haberi debere, & qui aliquando errarint, errare tamen deſierint, & qui nunquam errarint. Vide C. Obſervat. L.L.

P. Quid verbis opus? Scio, te ab hujusmodi ſtultitiæ hinnitu eſſe alienisſimum, & vel propria cædere vineta, ſi ea videas nocitura. Utor tuis tecum: & quoniam feliciter ſub manus tibi ſupplicia ſuccedunt; ad te devolvam plura. Quid de trabe tibi videtur excelſa, cui hoſtis Judæorum infenſisſimus Haman appenſus, impietatis pœnam luit meritisſimam?

T. Supplicium Judæis uſitatum non fuiſſe. Non enim erant illis niſi עַרְבַּע מִיתוֹת genera quatuor ſuppliciorum, uti inter genua docemur Sapientum. Primum חֶנֶק ſuffocatio ſive ſtrangulatio: ubi vel 1. parentes diverberans; vel 2. animam, ex Iſraele, plagio ſurripiens, ψυχαγωγὸς; vel

vel 3. ſenex conſiſtorio og
ens; vel 4. Pſeudopropheta
idoli nomine vaticinia diſpe
vel 5. hortũ alterius muliebr
gans; vel 6. filiam ſacerdoti
ducens, ejusque portam pe
occludens inhoneſto; in fi
usque ad genua immergeb
ejusque collum duro lint
volvebatur, quod huc illu
binis tantisper trahebatur,
& juſtitiæ & naturæ ſatisfa
Hoc Hebræis ſemper int
tur, ubi ſupplicii genus exer
ce non exprimitur. Secu
הֶרֶג occiſio, decollatio: u
1. homicidæ; vel 2. ad idol
am deficienti, caput trunc
poſitũ, vel gladio, vel ſecu
cidebatur. Tertium שְׂרֵפָה
comburium. Cremabatur
vel 1. filia ſacerdotis adu
vel. 2. maſculus cum filia;
cum filia filiæ ſuæ; vel 4. cu
filii ſui; vel 5. cum filia uxor

Digitized by Google

vel 6. fœmina cum filio filii ſui; vel 7. vir cũ filia filiæ uxoris ſuæ; vel 8. cum ſocru ſua, vel 9. cũ matre ſocrus ſuæ; vel 10. cum matre ſoceri ſui, vivente adhuc uxore ſua, concumbens. Quartum סְקִילָה lapidatio: qua plectebatur corpus miſcens 1. cum matre; 2. cum uxore patris; 3. cum nuru; 4. cum puella deſponſata; 5. blasphemus; 6. idololatra; 7. ſemen ſuum ipſi Molech offerens; 8. habens Pythonem vel δαιμόνιον μαντικὸν, cujus afflatu futura prædicat; 9. hariolus; 10. profanans ſabbatum; 11. maledicens patri aut matri; 12. ad idololatriam incitans; 13. ad eandem impellens; 14. præſtigiator; 15. filius protervus & rebellis; 16. conſueſcens cum jumento. Quomodo Herodotus & Strabo referunt, in Aegypto mulieres cum hircis coire ſolitas: & Semiramidē equum adamaſſe, Juba teſtis eſt, recenſente Theo-
doro

Vietor in Plut. p. 579.

doro Vietore. 17. cubitans cum ſuccuba, quæ cum jumento ſuccumbit; 18. complexu junctus venereo cum maſculo, *μαλακὸς, ἀρσενοκοίτης, παιδεραστὴς*, mollis, eviratus, fellator, irrumator, pædicator: qui prodigioſæ ſervit libidini, quique fœda & nefaria patitur, ipſique naturæ contraria agit.

Novell. 77. Aelian. Iuſtin. Sueton.

Quod abominandum peccatum olim peccarunt Cretenſes, Perſæ, Chalcidonenſes; Lajus rex Thebarum, Siciliæ Tyrannus Agathocles; Nicomedes, apud quem Cajus Julius Cæſar juvenis deſedit, non ſine rumore proſtratæ pudicitiæ: monſtrum hominis Nero, qui Sporum in muliebrem transfigurare naturam conatus eſt, & cum dote & flammeo, per ſolenne nuptiarum, celeberrimo officio deductum ad ſe, pro uxore habuit: Adrianus & Trajanus imperatores, Gyges Lydorum, Philippus Macedonum rex: Turcæ, Hiſpani, Itali, quorum exe-

Dio Caſſius Trogus.

cran-

crandam impuritatem conniventibus accipit oculis prꝺſulRomanus,quippe ipſemet tali nonnunquam ſuſpicione infamis.

P. O ſcelus infandum & deplorandum! inter homines ad Dei imaginem conditos reperiri, qui committant, à quo bruta abhorrent! Sed ea mittamus, quæ etiam audire pudor prohibet: & ad Judæos redeamus. Si trabs illa excelſa vel ſuſpendium, Judæis fuit ignotum, uti ipſorum ſcribere magiſtros inaudii

דבר זה לא היה בישראל
לתחוב האמסרות ברגלי אדם
הנסקלין והנתלין:

Non fuit hic mos in Israele, ut clavos figerent in pedibus aut manibus hominum, qui lapidati aut ſuſpenſi esſent: nonne Judæi fidem Evangelicæ hiſtoriæ jure poterunt elevare?

T. Forma ſupplicii, quo dux vitæ eſt affectus, non ab ipſis Judæis, ſed à Pilato Romano provenit.

P. Ita Evangeliſtis veritas ſua
conſtabit. Qualis igitur, ut tan-
dem de tribus capellis, pœna ſu-
ſpendii vel trabis!

T. Fuiſſe gentilem æſtimo,
Ethnicis frequentem, quam cru-
cem aliàs vocitant, cumprimis
autem Perſis uſu receptiſſimam.
En tibi Flavium Joſephum. Ec-
Ioſeph. l. 11. c. 6. quem virum! qui Artaxerxem
juſsiſſe ſcribit: Hamanum ἐν
σταυρῷ κρεμασθέντα ἀποθανεῖν
Mandavit, inquam, ut non aliâ
torqueretur pœna, quàm in Mar-
dochæum excogitârit, nempe ut
confeſtim in eam crucem ſubla-
tus necaretur.

P. Tantum virum, regis poten-
tiſſimi conſiliarium, morti tam
infami adjudicari?

Herodot. l. 4. Cic. l. 5. de fin. T. Inſolens non erat Perſis
ſumma dignitate ac poteſtate
præditos ea mulctare. Polycra-
tes namque Samius ab Oroete
Darii prætore in crucem actus le-
gitur: Similiter Artaphernes Sar-

diun

dium præſes & Harpagus Hiſtiæum Mileſium, truncato prius capite in crucem ſuſtulerunt. Sataſpem, quod Zopyri filiam virginem divirginare & depudicare auſus eſſet, cruce ſuffigendum curabat Xerxes: ſed mater, quæ Darii erat ſoror, ea ipſum pœna liberari à rege impetrabat, ea tamen lege & conditione, ut omnem ille Africæ oram circumquaque legeret, donec ad Arabicum ſinum appelleret. Cui decreto ut obtemperaret, bonam partem Africæ obiit, Herculis columnas prætervectus. Sed emenſus plurimum maris, cùm eum longioris navigationis, poſt menſes complures, tædium cepiſſet; inſtituto curſu derelicto, in Aegyptum remeavit; & illinc ad regem Xerxem regresſus, causſam cur ulteriùs progredi non potuisſet, minùs probabilem reddidit. Ideoque quod injuncto ſibi labore defunctus non Herod. l. c.

esſet, in crucem ſublatus
facto mater veſtes ſcidit ,
que laceravit.

P. Mirùm mœrorem !
ejus ſolatiùm ! perinde a
ditate & calvitio levaretu

l.3.Tuſc. T. Ridet quidem hunc
Bion, & explodit Cicero :
judice, uterque inſulsè. M
quidem, capillorum evul
aut veſtimenti ſcisſura n
matur , nec dolor egeri
ctus tamen quædam eder
quis, niſi *a* μαργείτης , *b*
βόλος *c* καὶ ἀτέραμνος v
Mos certè hic & apud ge
apud Iſraelitas diu viguit.
tibus apertè Q. Curtiu
hanc vocem , ſpado, gem
modò tabernaculum , ſe
caſtra complevit. Irrupere
alii, laceratisq; veſtibus &
ro ululatu regem deplor
perunt. Alibi : ad Darii
matrem celeriter perlata e
ſcisſa ergò veſte, qua indu

a Apud Homerum eſt ſtupidisſimus. Si
b Ap. Plut. ita dicitur præfractus, indomitus.
c Ap. Euſtat. inhumanus.
Curtius l. 3. & 5. 10.

lugubrem ſumſit, laceratisque crinibus humi corpus abjecit. Porrò: Perſæ comis ſuo more detonſis, in lugubri veſte cum conjugibus ac liberis, non ut victorem & hoſtem, ſed ut gentis ſuæ juſtisſimum regem, vero deſiderio, lugebant. Addo Diodorum Siculum, qui mulieres introducit, poſt Darium victum, τὰς ἐσθῆτας περιῤῥηγνύσας μετ' ὀδυρμῶν magna cum lamentatione veſtimenta ſua lacerantes, ex tabernis ſuis excedentes, & πένθιμον ἐσθῆτα, veſtem lugubrem, geſtantes. Succenturiatum haberem, ſi opus, ipſum Virgilium, in verbis. Diod. Sic. l. 11. & 17.

tum pius Aeneas humeris abſcindere veſtem,
auxilioq; vocare Deos, & tendere palmas:
Et---*it ſciſſa veſte Latinus,*
conjugis attonitus fatis urbiſq; ruina,
canitiem immundo perfuſam pulvere turpans.

 Ex

Gen.17. 2.Reg.18. Eſth.4. Matth.26. Act.14. Vide Flac. de Jejunio. Ex ſacris nubem teſti
rum poſſem allegare: ſc
cob, ſcidit Ezechias, ſcid
dochæus, ſcidit Caiphas
Paulus, ſcidit Barnabas,
alii. Geſtus hic erat pertu
nis, & maximè dolentiur
veſtem exteriorem aliquo
deorſum rumpebant, ita
illa rupta per aliquot dies
la relinqueretur: alii infe
loco, ubi parum afferre
menti, ad manus ſcindel
titudinem, idque ad dies ſ
Obſervabatur hoc in luc
privato, quam publico:
Druſius ad loca diffic. Numeror. monet Druſius, omninò c
nia erat vetus, qua priſci
mines cor ſuum lacerari
bantur. Evulſio capillo
Deut.14,1. pud viros Dei ſanctos ſa
occurrit, non quidem in
tura propinquorum uſitat
calamitatibus aliis: in qu
vertice ad cervicem uſque
rem cæſariei demebant, ba

que radebant, ut magna conſpiceretur calvities, qualis in ſenectute ſolet eſſe aquilæ, quæ evellit plumas & alas immutat. Mich. 1, 16.

P. Quantum ex te audio, eraſio capillorum apud omnes fuit luctus indicina.

T. Apud omnes. Et Latini quidem dolorum & terrorum graviſſimum, φοβερῶν φοβερώτατον, per eam innuere voluerunt: quando morientes & Orco jam initiatos depiles ſive detonſos vocarunt. Exiſtimabant enim antiqui, eos, qui morti eſſent proximi, à Proſerpina primùm tonderi, & his quaſi primitiis Orco initiari; nec aliter diem ſuum obire poſſe. Id autem ex Euripide licet & Virgilio cognoſcere: quorum hic Didonis difficulter morientis cauſſam hanc affert: Ariſt. in Eth. Virg. 4. in Aen.

nondum illi flavum Proſerpina vertice crinem
abſtulerat, Stygioq; caput damnaverat Orco:

ille mortem depingit prodeuntem, & Alceſtidis comam ſecantem. Quò alluſit vates Venuſinus:

Horat. l. 1. Od. 28.

miſta ſenum ac juvenum denſantur
corpora, nullum
ſæva caput Proſerpina fugit:

quò minùs ſcilicet illud, more ſuo, tondeat, aut tondendum ſaltem curet. Aegyptii contra verticis & barbæ, in luctu, crines alebant.

*Conveniunt in hac voce linguæ potiſſimæ: Hebr. שַׂק Chald. סַק græc. σάκκος, Lat. ſaccus. German. Sack.

Ier. 6, 26. Thren. 2, 10

Veſtis veterum lugubris venit, in Bibliis, ſacci nomine, non quidem frumentis, & rebus aridis aliis transvehendis idonei: ſed שַׂק * Hebræis, præter alia, eſt veſtitus vilis, aſper, ſordidus, durus, denſus, laneus aut cannabinus, quo, exutis aut laceratis veſtibus ſplendidioribus, loco interulæ, corpus operiebatur, vel lumbi conſtringebantur. Triplici autem ratione ſumebatur: vel 1. ob grandem imminentem calamitatem; vel 2. ob peccati pœni-

nitentiam; vel 3. ob inſtitutam pœnæ deprecationem. Quod Eſth.4,1. forſan à Judæis manavit ad Romanos: Eſa.37,1. Ioel.1,13. apud quos rei, movendæ Pſ.69,12. miſericordiæ, ſordidati ſolebant VVolfg.Periſterus in incedere. Ita Coryphæus & antiſtes vita Cic.p. 24. Oratorum Tullius; cum Franciſc. Fabricius in ejusdem triſtis illa abitio ipſi immineret, circumibat, & populo ſupplicabat: deſcript, p.145. cum quo veſtem mutabat univerſus ordo equeſtris, quemque ad viginti millia hominum, habitu atrato, ſequebantur: Clodius autem manipulo contumelioſorum & temerariorum nebulonum ſtipatus, amarulentis exagitationibus, & luto injecto perſequebatur.

P. Non miror: cùm Prophetarum 2. Sam. 16, 5.6. anteſignanum Davidem, poſtquam à venenata vomica Abſolone erat expulſus, & torrentem Kidronem jam prætergreſſus, truculentiſſimæ vir crudelitatis Simei, ſarcaſmis oneravit & lapidibus. Cujus ſummi

viri, & ſanctitate præditi ſtupenda, omnibusque, quæ Deum nobis conciliant, dotibus exornati, nomen quotiescunque exaudio; pellicum, quas aluit, turbam demirari ſatis non poſſum. Si inopportunus non haberer: magno te opere, Theophile, quæſere *liberet, hoc illuſtrandi Codicis ſacri filum pertexeres, quæque de pellicibus habebis, enarrares.

*Antiquus infinitiv. ex Plaut. Bacchid. 2. 2. Vide ibi Taubm. Vſurpat etiam Suſius in Pendular. 1, 1.

T. Quam tu pellicum turbam Davidi obtrudis? Biblia certè illam tibi non produnt. Parentem putabis filii errorem erraſſe, qui nutriit trecentas; etſi largiar, aliquot etiam nutriiſſe Davidem.

1. Reg. 11, 3.

Quæ quando legis, in animum tibi hæc revoca ex Juſtino: non tanquam fornicantes, Patriarchæ habuerunt plures uxores, ſed œconomia quædam id atque diſpoſitio: ex Auguſtino: ſufficiente prolis cauſſa, erat uxorem plurium ſimul uni viro habendarum inculpabilis conſuetudo.

Iuſtinus in Dial. cum Tryphone.

Aug. l. 3. de doct. Chr. c. 12.

P.

P. Inculpabilis? cui à gentibus etiam nigrum theta præfigeretur * Numa Pompilius apud Feſtum hoc promulgaſſe ſcitum legitur: pellex aram Junonis ne tangito: ſi tanget, Junoni crinibus demiſſis agnam fœminam cædito.

*Nigrum theta præfigere eſt damnare Perſ. Sat. 4. § erat litera condemnatoria & ſignificabat θάνατον. Vid. Comment. Eilhardi Lubini.

T. Gentibus pellices plerumque juvenculæ erant impudicæ, & lupæ triobolares, aliorum Priapis expoſitæ & perterebratæ. Non autem eſt, quod pellices patrum impura fuiſſe ſcorta exiſtimes: cùm ipſe Spiritus veritatis uxoris eas nomine dignetur. Erant autem uxores ſecundariæ, quæ affectu quidem maritali, ſed, ut Hebræi loquuntur, absque כְּתוּבָּה וְקִדּוּשִׁין libello dotis & ceremoniis ſive ſponſalibus, privatim ducebantur, gratia liberos procreandi; non ut esſent matresfamilias, quemadmodum uxor primaria, cui erant ſubjectæ.

Gen. 16, 3. 25, 1. 30, 4.

Filii earum cum filiis legitimis hæreditatem non adibant, ſed muneribus donati dimittebantur. Alii concubinatum ſive pellicum nomen ejusmodi uxoribus inditum arbitrantur, quod, juxta leges iſtorum locorum, in quibus patres degebant, liberi & ingenui homines, cum ancillis, matrimonio jungi non potuerint: perinde ut in jure civili conjunctio hominis liberi cum ancilla, non conjugium, ſed contubernium vocatur, ut communis nos docuit Præceptor noſter Gerhardus, ſeculo & laude noſtra major.

Gerhard. Tom. 7. p. 818.

1. Reg. 11, 3. P. Quæcunque harum, ſive pellicum, ſive concubinarum, ratio fuerit: periculoſa tamen, & qui iſtas adamavit, in Brevia & Syrtes detruſus videtur. Regum ſapientisſimus Salomo, in quod adductus ſalutis præcipitium, cum tantas nutriret & amplecteretur pellicum cohortes? ut haud de-

deſint, qui infernali ipſum & æternæ adjudicent damnationi.

T. Noli temerè Salomonem condemnare. De mitiori Orthodoxorũ ſententia dicere nihil attinet: ipſe videris. Tantùm narrabo, quæ ex uno libellorum, laminis plumbi orbicularibus confectorum, inque agro Granatenſi inventorum, deſumta: Wabaca danbahu bucaan nadidan: Waghafara lahu, Wamata aminan meimunnan.

Ioh. Pineda de rebus R. Salomonis, ap ud D. VVolfrum in Nocte Cygneâ.

P. Niſi tua mihi pietas esſet perſpecta: te præſtigiatorem, moxque mihi μεταμόρφωσιν imminere, crederem. Magicam enim aliquam virtutem portentoſa hæc, quæ murmurabunbus recitaſti, verba habere, & vel Bœotia esſe ænigmata * vel Carcini † poemata, atque adeò Apollinem requirere ipſum interpretem, videntur.

* h. e. dicta perceptu difficilima à Sphinge, monſtro Thebano, ænigmata hujusmodi proponente. † Poeta obſcuriſſimus.

T. Si linguam calles ſanctam, facilè quædam intelliges: Arabi-

ca enim ſunt, quæ ſuam pleraque omnia patriam agnoſcunt Judęam. Latiari autem hæc ſermone ita vertuntur: & flevit (Salomo) peccatum ſuum fletu vehementi: & condonatum eſt illi, & obiit fidelis ac ſecurus. Deinde ipſius defectio nõ tam ipſis pellicibus, quàm idololatricæ ipſarum religioni eſt adſcribenda: quam paulatim marito inſtillarunt, áque vero Deo Iſraelis ipſum abduxerunt: ut Aſtharten Sidoniorum, & Molochum Ammonitarum coleret idolum, coramque ipſis ſeſe incurvaret.

P. Aſtharte & Molochus qualia idola? quid incurvare?

T. Alii Aſtharten figuram dicunt ad ovis imaginem confectã: alii Veneris multimammiæ ſimulacrum, quæ à Sidoniis, propter prolis fœcunditatem, honorabatur, & omnium viventium nutrix credebatur. Molochum quoque diverſimodè explicant: alii Sa-

tur-

turnum vel Solem volunt, cujus cultus ita habuerit: pater filium tradebat ſacerdotibus, qui rogos ſtruebant duos ingentes, interque eos puerum nudis pedibus incedentem traducebant. Quidam expirabant, quidam ſuperſtites evadebant. Ipſe pater, ſi unum ex filiis traduci pateretur, reliquos fore ſalvos, ac ſeſe in omnibus fortunatum exiſtimabat. Alii ex libro Jalkut, commētario myſtico in univerſa Biblia, haec tradunt: etſi omnia idololatrica ſacella fuere in ipſa urbe Hieroſolyma: Molochi tamen fanum, extra urbem in loco ſeparato, ſitum. Quomodo Molochus erat fabricatus? facie vituli, manibus expanſis, inſtar hominis manus ſuas aperientis, ut ab altero aliquid accipiat, intus excavatus. Septem in ejus honorem erant extructa ſacella, ante quorum ingreſſus, poſita ipſius imago conſpiciebatur. Avem, ſive

Ialkut. in c.7. Ierem.

ſive pullum columbinum offerens, primum ſacellum ingrediebatur ovem aut agnum, ſecundum; arietem, tertium; vitulum, quartum; juvencum, quintum; bovem, ſextum; filium denique, ſeptimum. Hic Molo-
Oſ.13,2. chum oſculabatur, juxta illud: homines qui ſacrificant, vitulos oſculantur. Filius ante Molochum ponebatur; Molochus igne ſuppoſito ſuccenſebatur, donec totus fieret ignitus. Tùm arreptum ſacrificuli infantem, candentibus Molochi manibus indebant, ac, ne parens ejulatum & clamorem inaudiret, tympa-
Matt. 5,22. na pulſabant. Inde locus ille dictus fuit תֹּפֶת à תֻּפִּים tympanis; vallis v. גֵּאהִנֹּם (unde γέεννα, gehenna *) quia vox puerili erat נֹהֵם rugiens, aut quod aſtantes ſacrificuli clamitabant, יֶהֱנֶה לָךְ utile erit tibi. Incurvatio veterem ſapit cultus Ethnici mo-

*Ab hoc immaniſſimo cruciatus genere ipſum infernum Servator ſæpè Gehennam appellat. Calixt. Harmon.

Digitized by Google

ci morem, quo flexo poplite Deorum ſuorum vel oribus, vel manibus, vel pedibus baſia figebant. De ore Cicero: ubi eſt ex ære ſimulacrum ipſius Herculis, quo non facilè dixerim, me quicquam vidiſſe pulcrius: usque eò, Judices, ut rictus ac mentum ejus paullò ſit attritius; quod in precibus ac gratationibus non ſolùm id venerari, ſed etiam oſculari ſolent. De manibus Lucretius: Cic. Vide Lipſ. l. 6. Elect. c. 6. VVilkium in Comm. de Feſtis p. 364.

- - tùm portas propter, äena Lucret.
ſigna manus dextras oſtendunt atte-
nuari,
ſæpè ſalutantum tactu præterque
meantum.

De pedibus Appulejus: exoſculatis veſtigiis Deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad ſuos diſcedunt Lares. Cùm autem multi Deos ore ſuo, tanquam parte corporis pudenda, quæ veluti ſentina quædam halitum tetrum ſemper emittat, (unde

Aloyſius Cadamuſtus c. 10. (unde Aſanegi totum os tectum circumferunt, nec, niſi cibum ſumentes, detegunt,) contingere vererentur; eminus ſtantes manum porrigebant, eamque verenter ad os ſuum referebant ac ſuaviabantur. Adſit nobis Minutius noſter: Cæcilius ſimulacro Serapidis denotato (ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet) manum ori admovens, oſculum labiis impreſſit. Adſit Plinius: in adorando, dextram ad oſculum referimus. Adſit Appulejus: nulli Deo adhoc ævi ſupplicavit: nullum templum frequentavit: ſi fanum aliquod prætereat, nefas habet, adorandi gratia manum labris admovere. Adſit Hieronymus: qui adorant, ſolent deoſculari manum, & capita ſubmittere.

P. Intelligo hinc non id tantum, quod volebam, ſed longè etiam plura: cumprimis verò
Iob. 31, 27. hominū afflictiſſimum Jobum, quan-

quando: ſi, inquit, eſt oſculatum os meũ manum meam. Et haud incommodè hinc deductum dici poſſet, verbum *adora- ndi*: quòd manum ad ora admoverint: non ab ador, quod farris genus, & aduritur, ut fiat toſtum, unde in ſacrificio mola ſalſa efficiatur. Feſtus.

T. Optimè: idque olim noſter vidit Lipſius, Phosphorus Criticorum nitidisſimus: quem niſi multi, qui Sapientiæ principatum non affectare, ſed jam obtinere opinantur, adorarent, imò ſpoliarent; tanta ſæpè ſcriptis ipſorum inesſet frigiditas, quæ & Sithonias nives, & Riphæam glaciem posſet ſuperare; vel, cum Auguſti Aiace in ſpongiam incumberent; quod ille Lucilio, gravi Tragœdiarum Scriptori, quid Ajax, (quo nomine Tragœdiam inſignierat) ageret, interroganti, reſpondit; vel ſolenni invitatione ad Vulcanum deducerentur. Macrob. Saturn. l. 2. c. 4. Catul. carm. 34.

ſcripto-

ſcriptores ſtolidi, cacata charta,
Scripta tardipedi Deo ſacranda,
Infelicibus uſtulanda lignis.
Vos, libri illepidi, venite in ignem
Pleni ruris, & inſicetiarum.
Scriptores ſtolidi, cacata charta.

Vidit idem, etſi ex Lipſio, quod fatetur ingenuè, eruditiſſimus Wilkius, eheu! ad plures nunc nuper delatus!

VVilkius in ἱστοριογραφία.

P. Imò ad pauciores, Theophile.

T. Quî ſic? Philomuſe.

P. Credimus enim, ad concilium animarum beatiſſimarum perveniſſe. At exigua eſt porta & anguſta, quæ eò deducit, & pauci, qui eam inveniunt; contrà lata & ſpatioſa via, quæ ad exitium, & multi, qui eam ingrediuntur.

Matth. 7, 13, 14.

T. En! cum Hieronymo tollo manum: cedò, viciſti. Sed & defatigatus ſum: haſtam igitur abjiciam, & arena hac cedam.

* i. e. victum me fateor. Dial. Luciferian. & Orthodox.

P. No-

P. Noli, noli Theophile. Superſunt plura, quę lubeat percontari.

T. Credo, te ἐκ χελιδόνων μουσείου, ex hirundinum muſeo † me provolaſſe arbitrari, aut Arabum eſſe tibicinem, qui garriendo nequeam laſſari.

P. Cedat ita naſo, * Theophile: da veniam amico, ſi diſcendi ardore, pluſculum tibi oneris imponere non erubuit. Traxit vara vibiam, † &, ut Hiſpanorum utar adagione, funis ſecutus eſt ſitulam. Concatenatio materiæ anſam præbuit, ut quæſtio ex quæſtione progigneretur, egóque, avidiſſimus quippe antiquitatis ſititor, dubiorum ſolutioni inhiarem. Hinc jam ad rivulum iſtum, qui per levia decurrit ſaxa, progrediamur, ſuperque glebas conſideamus muſcoſas, ducem audituri paſtorum Corydonem, quem læto illo in gramine recubantem, fiſtulaſque caninæ aſſutas pelliculæ, harmoniæ aptantem conſpicio.

modo

† De garrulis dicimus: ipſos ex hirundinum provolaſſe muſeo, ex Ariſtophane in Ranis.

* i. deſine iraſci. Perſ.

†. Vara ſignificat perticam ab ſummo furcillatam, vibia perticam transverſam, quæ furcillæ illi impoſita & colligata eſt: unde ſi vara cadat, & vibiam cadere neceſſe eſt. Eodem

modo ſe habet Hiſpanicum: cum enim ſitulâ deci in puteum, & funis quoque, quo illa apta pendeb ſequitur. Vſurpatur utrumque de materiæ colli tione vel concatenatione, ubi una alteram quaſi vitat & allicit.

T. Benè, Philomuſe:

Paling. in Capric.

- - *nempe interjecta vigorem*
dat requies, reparant tempeſti
otia vires.

St! homini attendamus. Poſtquam tibiis præluſit utric laribus canticum videtur addit rus.

P. Non inſuavi nos carmi demulſit: Optem equidem ten re memoria.

T. Videbimus, ut iterare v leamus.

Dicite vos Muſæ, cauſas mem
rate vetuſtæ,
quam geminant ſylvæ, repetunt
ſtuenta, querelæ:
unde tot afflictis, oriantur amar
colonis
orbis inoccidui, mala. Milit
impiger æther,

— jacit in miſeros crudelia fulmina; tellus
ampliùs incautos homines nutrire recuſat,
vomeris excuſſos cupit iratiſſima dentes;
fallit & in meſſem miſſam ſudantis opimam
ſpem moderatoris, glebas ſulcantis aratri.
Membra venenoſus labefactat & inficit aër,
corrupto cœli tractu miſerabilis inſtat
arboribusq́; ſatisq́; lues, & funera denſat
implacabilium triſtiſſima triga ſororum.
Sunt fora grandiſono jamdudum plena tumultu,
infamat gelidum mare prædatarius horror:
bella per ac iras, fortuna noverca, Potentum
affligat querulos ſpoliatq́; furenter avitis

excul-

excultùq; bonis, repleta novalia deplet;
Diruit ædiculas, culmenq; perurit ſtramineum tugurI.

P. Heus, Theophile, heus! mihi verſus hic parùm recto ſtare talo videtur:

diruit ædiculas, culmenq; perurit.

T. Lingua mentem prævertit: mox ſtabit rectiori:

diruit ædiculas, tremuli culmenq; perurit
ſtramineum tugurI: plantatas ordine vites
demetit infauſta ſicilice, faventis Iacchi
ore profanato latices exhaurit, humiq;
fundit. O Iapeti genus intractabile patris.
Heu! pingues vaccas, viridanti gramine paſtas,
unde novi nobis & preſſi copia lactis!
O vos tondentes olim dumeta juvencos!

O tau,

O taurum variis maculatum tergora nævis!
O teneros agnos, gregis accreſcentis honorem!
impius, infandus, torvus vos miles habebit,
ac aget imbelles per inhoſpita teſqua vagantes,
per lucos ægrè vix atq; lacus errantes.

P. Errantes? mihi, hoc paſtoris fuiſſe verbum, vix perſuadebis.

T. Turbas me interpellando. Quodnam ergo meminiſti?

P. Palantes:

per lucos ægrè vix atq; lacus palantes.

T. Exciderat. Magis fateor, rei congruit, palantes. Literæ enim L. peculiaris eſt in exprimenda hac calamitate efficacia. Sed tentabo, an hæſerint cœtera: Voſſius l.5.Orat. Inſt.p.45.

per lucos ægrè vix atq; lacus palantes,

me ſine, tàm veſtro quondam du-
ctore fideli.
Vos reliqui, proprios omni quos
ære redemi,
ite coloratos tondete ſalubriter a-
gros,
agni, cura domûs, noſtri ſolatia
luctus;
ite, ſinet vobis donec me Numen
adesſe.
Forſitan iratus Deus impia mon-
ſtra reducet,
quæ vos præcipites abigant: tùm
veſter inanes
ſuppetias vobis Corydon feret ex-
ſternatus.
Ite, ſuos ſi Phœbus equos demit-
tet, hibiſco
vos compulſurus, gelidos præbebo
liquores,
inducamq́ meo ſaturatos lentus
ovili.
Quid querar abductum mœrenti
mente Menalcam?
quo mihi nemo fuit, nec erit quoq́
charior alter:

quem

quem memini mecum geniales
condere ſoles,
compoſitum cantare levi ſub a-
rundine carmen,
& ridere rudis diſcordia ſtamina
Mopſi.
Quid malè ſubductam roſeis A-
maryllida malis.
candidior cui lacte fuit, cui virgi-
ne calce*
dextera, qua toties Cerealia liba
ferebat,
qua commiſcebat florem ſimilagi-
nis album
ovis & lactis candenti flore ſaliſq;
micis, ac tunicam contracto crure
coercens
verſabat maſſam, jucunda coque-
bat & offas.

*Virgo calx, eſt calx impolluta. Elegantiſſimè hoc nomen quaſi adjectivè additur multis ſubſtantivis, ut docuit Phil. Carolus l. 1. Variar. lect. c. 1. Tertullian. Heva virgo deſumta de viro, ipſo adhuc virgine. Hieron. Iohanni matrem, commendavit Dominus ut virginem virgo ſervaret. Auguſt. ſaliva virgo, quæ à jejuno Stomacho manavit. Sic dico; urbs virgo, quæ nunquam eſt ab hoſte occupata, qualis fuit Magdeburgum: ſed, eheu! fuit; virgo fuit, miſeris urbs deflorata ruinis, virgo fuit, lacrymis digna dolorificis! cujus, præteriens, quicunq; cadavera cernis; dic plorans: etiam mortua virgo vire.

Hunc quid & hanc memorem? non, ſi mihi fluminis inſtar
lumine mordaces lacrymæ labantur utroq́;,
ut neq́; gutta queat properanti cedere guttæ;
ſat trepidante queam depromere corde dolorem.
O Amarylli, furens ſi carpſit gaudia dulci
Mars furto, docuitq́; novos perdiſcere motus;
ſi non tàm tenui filo de voce ſonabis,
ſi tibi ſuffuſus rubor eſt, venæq́; tumentes:
nulla meas unquam pertentent gaudia fibras,
hæreat æternùm clavo ſuffixa trabali
fiſtula, lingua mihi rigeat cantusq́; faceſſat.
Te manus indomiti ſi militis atra, Menalca,
transfodit, latebras animæ mucrone recludens;

Nemeſian. Ecl. 2. ubi vide notas C. Barthl. de ſignis amiſſæ virginitatis.

ad-

addere quid potero? niſi, mellee, vive, Menalca,
hujus inoptatæ permenſus tempora vitæ,
orbis ſecreti regnis mundoq́ piorum. Id.Ecl.I.
Vive piis Geniis ſociatus, & aſtra tuere:
æternùm, paſtor dulcisſime, vive valeq́.
Tu deamate mihi, mea ſingultantia verba
accipe, poſtremum ſinceri pignus amoris.
Mox ſequar ipſe lubens, me ſi Natura jubebit.
Non mihi veſter amor, nomen vultusq́ recedent
mente prius, teneram quàm vincat acanthida cornix,
quàm ſuperet tenuem feralis aedona bubo,
deſerat exanimes quàm vivax ſpiritus artus,
nigra ſepulchreto quàm me Libitina recondat.

Quin etiam pulvis, ſine fine, ſi
perſtes amabit
noſter, & amplexu ſe junget hu
mata favilla:
donec ab interitu nos vindicet a
mus Olympi
conditor, & nunquam nos collig
exſolvendos.

D.D. Arumæus in Tr. de mora Prolog. §.6.

P. Tenaciter hæſerunt. Alt
mihi es Seneca, quem benefi
natura, rivos ſuos aperiens, usq
adeò beavit, ut, quod de ſe ip
ſcribit, in miraculũ memoria
jus procederet, & duo millia n
minum, quo erant ordine recit
ta, referret, ducētos quoq; verſu
ab ultimo incipiens, repeteret.

T. Adde præfiſcine.

P. Cur præfiſcine?

Muret. l. 9. Var. Lect. c. 3.

T. Anne imis tibi ſunt eraſa c
ris, quæ pronuper apud Mur
tum videbamus? Vetus erat op
nio, periculum eſſe aliquod à f
ſcino, ubi quis impenſiùs aut lau
daret ipſe, aut præſens ab ali
laudaretur.

P. I

P. In memoriam redigo. Vehementer autem animum perculerunt, ante hac quoque lacrymas mihi elicuerunt plusquam Heracliteas, quæ mala nos hactenꝰ irretiverunt planè Priamica, quæq; lacrymabili paſtor lingua magis deploravit, quam decantavit: nec dum pauſa, quod idem ominis captabat, illorum ſomnianda: ut ſereniorem fortunæ vultum ſibi pollicitanti rectè poſſit dici ex Luciano: ἀλλὰ χαίρεις γέ, καὶ σεαυτὸν ἐξαπατᾷς καὶ αἰεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίζεις, τὸ δὲ ἔμπαλιν ἢ σὺ ἤλπισας, γίγνεται καὶ, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα καθ᾽ ἑκάστην, ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν, ἀποσμικρυνόμενον, καὶ εἰς τοὔπισω ἀναποδίζον? tu tamen utcunque gaudes, & varia te ſpe lactas, quando ſemper meliora eſſe ſubſecutura arbitraris: atqui contrà, quàm ſperaris, evenit, planeque juxta adagionem: ad morem Mandrabuli negotium

tibi ſuccedit, dum in ſingulos, ut ita dixerim, dies, minus redditur deteriusque, retroque refertur ſublapſum. Quemadmodum enim ille, cum theſaurum reperiſſet, primo anno auream Junoni Samiæ ovem poſuit, altero argenteam, tertio æneam: ita res noſtræ, quæ ſuperioribus annis videbantur admodùm felices, poſtmodò erant tolerabiles; jam ſunt longè aſperrimæ & fermè deſperatæ: ut, quamvis multus meditetur, ferreque conetur auxilium; Aceſiæ tamen adhibere medicamenta dici poſſit; qui, cùm cuidam pedum dolore laboranti, vellet medicari; totum ejus corpus perdebat. Hinc non firmo, ſed ferreo ſit ille pectore neceſſum eſt, qui tot annorum luſtris maris hujus Martii æſtu jactatus, ac inauditis agitatus diſcriminibus, non miſerrimè conturbetur, qui non γῆν πρὸ γῆς, & in extremam aufugere Japoniam ex-

exoptet, ubi neque facta Germanorum, neque nomen audiat, & ἐκ βελέων extra jaculi periculum, pauxillas vitæ lubricæ dieculas tranſmittat. Qui non, inquam, ſi juſſu ſummi noſtri imperatoris fieri poſſit, de ſtatione præſidioque vitæ decedere, & non ex hac tantùm noſtra, ſed communi hominum patria, abire, percupiat. Stoici olim exclamaſſe dicuntur: ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, βρέξον τὰς περιστάσεις, O Jupiter, Jupiter, plue calamitates. Si in hoc noſtrum fuiſſent ævum delati, facilè, quod vellent, affatim invenirent, & haberent abunde, ubi patientiam ſuam exercerent. Quicunque enim terræ munere veſcimur; inter Scyllam & Charybdin pernicioſiſſimè periclitamur, adeóque indeſinenter naviculam noſtram & jugiter proceloſi turbines ac minaces, fluctusque terribiles, infeſtant & inquietant; quod non CL. tantùm

Angel. Polit. l. 1. ep. 4.

VVeitz. ep. de Viduitate.

* Myſorum præda dicuntur. qui ab omnibus promiſcue affliguntur, & finitimorum incurſationibus malè diſcruciantur. μυσῶν λεία Gr.

Weitzius noſter; ſed ipſe etiam veritatis meridies experientia e docet: quando Deus noſter animum exuiſſe videtur paternum & prædam nos conſtituiſſe Myſorum, * qui à quibusvis impun lædamur & diripiamur.

T. Mulierem audio, non virum; aut, ſi virum, coturnicula animum habentem, Grave equidem eſſe, in nuperis ad amicum literis confeſſus ſum, lanienam vicinorum auribus, rapinam facultatum ſuarum, oculis uſurpare: plus tamen iſta in nobis efficere haud debebant, quàm in mari nimbus, in Oceano pſecas, in Aetna torris; neque accidere inopinata. In memoriam enim nobis venire fas erat, ſcribit

Sadoletus. Camerario Sadoletus, homines nos eſſe, iſta lege natos, ut fortunæ imperio ſubjecti mancipatique eſſemus. Variis hoc Poetæ figmentis voluerunt indigitare, è quibus unicum tibi recenſebo Home-

Homerus Achillem ita facit alloquentem Priamum, qui in luctu & ingenti ſqualore humi conſidebat: Homerus.

nunc agedum ſedeasq; throno; ſævosq; dolores
ponamus, mœſti quamvis lacrimisq; madentes;
nunquam etenim luctu ſine vivere poſſumus atro.
Sic voluere truces, volvunt quæ ſtamina Parcæ,
ut miſeris gemitus ſemper mortalibus adſit,
ſolaq; cœleſtum natura beata quieſcat:
quos neq; ſollicitat luctus, nec cura remordet.
Nam duo cœlicolûm ſervantur Regis in aula
vaſa, quibus bona ſunt, donat quæ Iuppiter ipſe,
& mala, diſcretisq; cadis hæc porrigit orbi.
Cuiq; pater miſcet gemino de vaſe Deorum;

per varios caſus vitæ jactabitur,
& nunc
lætitiam fortuna feret, facietq;
beatum,
nunc varios gemitus lacrymans
feret iſta viciſſim.
At cui non mixtos dederit pater
ipſe liquores,
infelix hic ſemper erit, perver-
ſaq; fama
hunc aget, imperio Divûm, fatisq;
ſiniſtris.
Et licet errando totum vel obam-
bulet orbem;
illum non homines, non Iuppiter
altus amabit.

Hoc ſi meminiſſemus; omni-
nò expectaremus, &, quicquid
evenire mali poſſet, intrepidè
proponeremus. Ad hoc ſacra-
Seneca. mentum adacti ſumus, ait Sene-
ca, ferre mortalia: nec pertur-
bari his, quæ vitari, noſtræ pote-
ſtatis non eſt. In regno nati ſu-
mus: Deo parere libertas eſt.
Euripides. Præclarè apud Euripidem The-
ſeus;

ſeus: ſe à ſapientibus inſtitutum viris didiciſſe, homines ut plurimùm jactari curis & calamitatibus in vita, atque ideò in animum induxiſſe ſibi ipſi, omnes humanas miſerias poſſe evenire, exilium ſcilicet, mortesque immaturas ſuorum, & mille talium periculorum. Quæ ſi animo non prævidiſſet antea, tanquam novum aliquod inſuetumque, cum accidiſſent, affligeretur doleretque. Non vidiſti Aeneam?

P. Depictum deſcriptumque.

T. Nonne audiviſti?

P. Introductum à Poeta.

T. Ergò & hæc verba audiveris:

----non ulla laborum,
ô Virgo, nova mî facies inopinave ſurgit: Virgil.
omnia præcepi, atq; animo mecum antè peregi.

A quo aureolos ſuos verſiculos didicit *Scaliger Pater*:

prudens futuri & imminens periculis,

momenta lubrica & volubiles vices
fortunæ inanis pertinere ad ſe negat:
& omne, quo plebs ſemper amisſo dolet,
id commodatum credit & precarium:
ſuamq; reddit rem repoſcenti Deo,
nil tergiverſans. Qui poteſtatem ſui
non fecit ullis caſibus, caſus poteſt
ridere tutò. Sunt enim diſcrimina
animis ad omne præparatis irrita;
ſecuritati ſæva. Quod fieri poteſt,
ſpera futurum: nil repentinum ingruet,
ſi quicquam aliàs, poſſe nunc fieri putes.
Adverſa rerum nil mali expectantibus,

novi-

novitate, quàm vi, ſæpius nocent
ſua.
Seſe inſtruenti ad cuncta, ſi non
omnia
ut voluit, aſt ut cogitavit, acci-
dunt.

Honori tibi ducas, non oneri, ſi Deus, quem(vera fateri liceat) parùm prudenter, tui putas memoriam depoſuiſſe, σύμμορφον Rom. 8, 29. & conformem faciat magni filii immortalis & unigeniti: ſi filius crucem, quam, ſuo geſtans humero pro virga regni, nobis commendavit, nobis tradat portandam: ſi conſolator æternus, Auguſt. ſuper c. 6. Galat. Spiritus ſapientiæ, Spiritus intellectus, Spiritus conſilii, Matth. 10, 38. Hieron. ſuper Marcum. Auguſt. Spiritus virtutis, Spiritus ſcientiæ, Spiritus pietatis, Spiritus timoris, tribulationis igne te velit perpurgare. Si putas te non habiturum perſecutiones, nondum cœpiſti eſſe Chriſtianus. Χρὴ γὰρ σε συσταυρωθῆναι τῷ σταυρωθέντι, συμπαθεῖν τῷ παθόντι, ἵνα οὕτως

συν-

συνδοξασθῇς τῷ δοξασθέντι. Ἀνάγκη γὰρ τὴν νύμφην συμπαθεῖν τῷ νυμφίῳ, καὶ οὕτω γενέσθαι κοινωνὸν καὶ συγκληρονόμον Χριστοῦ· οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ ἄνευ παθημάτων, καὶ τῆς τραχείας, καὶ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων καὶ ἀναπαῦσαι, καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ, εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας: oportet enim te ſimul crucifigi cum crucifixo, ſimul pati cum paſſo, ut ita ſimul glorificeris cum glorificato. Neceſſe enim eſt, ſponſam pati cum ſponſo, atque ita ſociam fieri & cohæredem Chriſti. Non enim permisſum eſt ulli, niſi per afflictiones, per aſperam, anguſtam arctamque viam ingredi in civitatem ſanctorum, & requieſcere ac regnare cum rege in infinita ſecula. Agnoſcin' hæc verba?

Macar. homil. 12. P. Agnoſco, ſi rectè memini, Macarii.

T. Coram te igitur judice hanc cauſſam ago, & in tuo tribunali; ſed,

ſed, quod olim, levato velo de ea cognoſcas. Putasne iniquiùs nos tractari?

P. Non puto; miror autem, quî Deus noſter ceſſet, à nobis avertere tot morborum & valetudinum genera, paupertatem, naufragia, minas, incendia, peſtilentias, ſterilitatem, amisſionem pignorum; & proſcriptionem bonorum, diſcordias, bella, ſimultates, captivitates urbium, &, ſublata libertate, ſervitutem?

T. Agnoſcis ergò, non iniquius nos tractari. Atqui agnoviſſe non ſufficit: per tot labores non ſcire tantùm velimus, ſed ſapere etiam & facere.

ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

nil te ſcire juvat, ſi non mens ſana ſequatur.

Non quæret aliquando Deus, quid legeris, ſed quid egeris. Scytha olim Philoſophus Anacharſis pipulo differebat & ſalsè deri- Thom. à Kemp. Lipſ. l. 2. Conſt. c. 4.

de-

debat Athenienſes, quod num
mis tantùm uti poſſent ad num
randum: quid ni & ego te, quo
ſcientia ſolùm ad ſciendun

D. FranziſusOrac.105 Quam difficilis tibi eſt praxis i
articulo Theologico de cruce
calamitatibus! Cur in hujuſmo
caſibus nobis Deus non auxili
tur, promta & manifeſta cau

Arnob.l.2. contra gentes. eſt. Nihil enim eſt nobis promi
ſum ad hanc vitam, nec in carun
culæ hujus folliculo conſtitut
opis aliquid ſponſum eſt auxili
que decretum: quin imo edoc
ſumus, certè eſſe debemus, mina
omnes, quæcunq; ſunt, parvi du
cere atque æſtimare, fortunæ. A
ſi quando ingruerit vis quæpian
gravior, quem finem neceſſe ſi
conſequi, adſcribere fortunio
voluptatem nec timere, nec fuge
re, quò faciliùs exui corporalibu
poſſimus ex vinculis, & tenebro
ſam evadere cœcitatem. Itaque
iſta, quam dicis, perſecutio-
nis aſperitas, liberatio noſtra
eſt

eſt, non perſecutio; nec pœnam vexatio inferet, ſed ad lucem libertatis educet: ut, ſi aliquis brutus ac ſtolidus, in carcere hominem damnatum aggreſſus, quæſtionum nunquam afficere ſe gravibus atque immanibus exiſtimet pœnis, niſi in ipſum ſæviat carcerem, materiam ejus comminuat, atque urat tectum, parietem, januas, parteſque alias operis renudet, dejiciat, affligat, neſciens hoc facto ei, cui videatur officere, dari ab ſe lucem, & ſceleratam eripi cæcitatem; itidem & hoſtes noſtri flammis, exiliis, cruciatibus, beluis, quibus corpora laniant & divexant noſtra, non vitam eripiunt nobis, ſed pelliculis revelatis & cuticulis nos: neſcii, quod quantum inſtant & pergunt in effigies has noſtras ſpecieſque ſævire, tantum arctis & gravibus revelatis nos vinculis, & ad lumen efficiant, circumciſis nexibus, evolare.

Ita

Ita veteres illi, ut apud Arnobium videmus, hunc impetum declinabant.

. fortiaq; adverſis ponebant pectora rebus.

P. Labefactâſti paululum opinionum pernicioſarum turbam, Theophile, hærent tamen adhuc, ne quid mentiar, malæ iſtæ aves, quæ me lancinant: nec demta planè ſunt vincula ſollicitudinum, quibus in hoc Caucaſo ligor.

Lipſ. l. 1. Conſt. c. 4.

T. Bono eſto animo, Philomuſe: demenda curabo, & totum anile illud agmen, uno ſpiritu, ut folia ventus, difflabo. Quandoquidem enim primo pedatu, ut antiquitùs loquebantur, copias tuas perterrefeci: cataphractos non eſt, quod in campum & aciem producam. Lapides mihi loqui videbaris, cùm inter Scyllam & Charybdin pernicioſiſſimè nos periclitari affirmares. Quæ enim pernicies in illis, quæ à ſum-

Alanus de Rupe de conquæſt. naturæ.

à ſummo illo bono proficiſcuntur? ab illo, qui initiale bonitatis initium; qui nec dat malum nec habet: quod evidenter Homerus ille Philoſophorum eſt profesſus; ὁ δὲ θεὸς μηδὲ κακὸν ποιεῖ οὐδ᾽ αἴτιος εἴη κακοῦ αἴτιον. Objiciant nobis tenebriones paupertatem; dicamus cum Minutio Felice: quod plerique pauperes dicimur; non eſt infamia noſtra, ſed gloria. Ut, qui viam terit, eò felicior, quò levior, incedit: ita beatior in hoc itinere vivendi, qui paupertate ſe ſublevat, non ſub divitiarum onere ſuſpirat. Magno, inquam, viatico breve vitæ iter non inſtruitur, ſed oneratur. Nemo virtuti favet, ait Lactantius, niſi qui ſequi poteſt: ſequi autem non facile eſt omnibus: ii posſunt, quos paupertas & rerum indigentia exercuit, & capaces virtutis effecit. Eò fit, ut pauperes & humiles Deo credant faciliùs, qui ſunt expediti; quàm

Plato.

Minut. Felix.

Lact. l. 7. c. 1.

quàm divites, qui ſunt impedimentis plurimis implicati: imò catenati & compediti ſerviunt ad nutum dominæ cupiditati, quæ illos inextricabilibus vinculis irretivit; nec poſſunt in cœlum aſpicere, quoniam mens eorum in terram prona, humique defixa eſt. Virtutis autem via non capit magna onera portantes. Anguſtus admodum trames eſt, per quem juſtitia hominem deducit in cœlum. Hunc tenere non poteſt, niſi qui fuerit expeditus & nudus. Nam iſti locupletes, multis & ingentibus ſarcinis onerati, per viam mortis incedunt; quæ latiſſima eſt, quoniam latè perditio dominatur. Quod corporis attinet humana vitia, quæ patimur; non pœna ſunt, ſed militia. Fortitudo enim infirmitatibus roboratur, & calamitas ſæpiùs diſciplina virtutis eſt. Vires denique & mentis & corporis, ſine laboris exercitatione torpeſcunt.

ſcunt. Quot viri fortes, qui in exemplum prædicantur, ærumnis ſuis inclyti fuerunt? ita & nos diſcriminibus, ut aurum ignibus, non corrumpimur, ſed emundamur, ut & ipſi nitidum inde aurum prodeamus, & Domino noſtro annulus ſimus in dextera pretioſiſſimus. Quàm pulcrum ſpectaculum Deo, cùm Chriſtianus cum dolore congreditur, cùm adverſum minas & ſupplicia & tormenta componitur? cum ſtrepitum mortis & horrorem carnificis irridens inſultat? cum libertatem ſuam adverſus reges & principes erigit? Dei enim miles nec in dolore deſeritur nec morte finitur. Hinc Chriſtianus miſer videri poteſt: non inveniri. Gaudeamus ergò, quod cõmunem hanc Chriſtianorum omnium, à primis mundi locatis fundamentis ſortẽ experiamur; ne peculiari ſupplicio puniamur. Thereámes, unꝰ è triginta Athenien-

Minut. Felix.

Sadoletus

nienſium tyrannis, cùm domus, in qua multi ſimul cum ipſo cœnabant, ſubitò corruisſet, ac cœteris omnibus eliſis & ſuffocatis, præter ſpem ſolus evaſisſet, ab omnibusque felix & beatus erat appellatus: inter hujusmodi gratulationes, altisſima exclamavit voce: ô fortuna in quodnam tempus me reſervas? & tanquam caſum ſuum, qui poſtea evenit, prævideret animo, cum ea conqueſtus eſt. Etenim à ſociis & collegis tyrannidis diſcerptus, & crudelisſimè vexatus, miſerrimè vitam finivit. Eodem modo & nos in magnę loco infelicitatis reponamus, & malum longè atrocius metuamus, ſi in caſtigando nos Deus prætereat. In quod peccatorum barathrum, & æterni abysſum exilii & exitii delaberemur; niſi paterna Dei manus quotidiè nos caſtigaret. In ſtabulo enim nebulonum commoramur fœdisſimo, ubi

ſordes facilè poſſumus attrahere, niſi creberrimè in tribulationis balneo lavemur. Sive ſurſum, ſive deorſum; ſive dextrorſum, ſive ſiniſtrorſum oculos convertas; videbis, qui poſſit eſſe offendiculo. Qui ad rerum ſedent gubernacula, & Reip. navem dirigunt; eam ſæpè ipſi perforant, aut remigio, quod ajunt, veloque ad injuſtitiæ arcem contendunt: ut ingenioſus quidam & eruditus Poeta non immeritò dixerit: magnates perquam eſſe ſimiles magnetibus. Ut enim hi ferrum occulta, ita illi aperta vi bona attrahunt ſubditorum. Hoc ſcilicet eſt, quod præcipit Iſidorus: prodeſſe debet populis principatus, non nocere; nec dominando premere, ſed condeſcendendo conſulere; ut verè ſit utile ſocietatis inſigne, & dono Dei pro tuitione utatur membrorum Chriſti: quod D. voluit Adrianus, ſic, inquiens, gerere principem

P.P. VV. D.

Iſidorus lib. de Prælatis.

Dio & Spartian.

decet principatum, ut ſciat rem populi esſe, non ſuam privatim. Hinc, quemadmodum Magiſtratus vitam ſubditorum facilè exemplis ſuis ædificant: ita facilè etiam ſubvertunt, ut multi cōjurationis crimine ſe obſtringant, & Dynaſtas hoſce vulturios & turpilucricupidos malint Divos, quam vivos. Diſciplina Eccleſiaſtica, quæ (B. Cypriani verba ſunt) cuſtos ſpei, retinaculum fidei; dux itineris ſalutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis, adeò eſt collapſa, ut multis in locis nec vola nec veſtigium ſuperſit. Inde fit, ut omnium occiſisſimos Diabolus, princeps ille tenebrarum, impietatis & ſceleris auctor, ad omne facinus invitet; ut eorum mentes inſatiabilis gula posſideat, ſuper eos regnet ebrietas, [illegible] pis eos luxuria captivos tene[illegible] atque iisdem nunquam ſuperbia ingrata diſcedat. Hos inter degen-

Allegat Hamenvelt9 Goldaſtus in prefatione Valeriani Cimmelenſis Epiſcopi

Plaut. in Caſ. Hieron. Oſorius l. 1. de nobilit. Chriſtian. n. 11. Valerian. Cimmelenſ. Epiſc. de Bono diſciplinæ p. 16.

degentes, ne labe corripiamur vitiorum; benignisſimus eos Deus ipſe mitisſimè non gladio, ſed ferula corripit caſtigatque: ut, ſi in bonitate perſtitimus, exerceamur, confirmemur; ſin malitate *abrepti, emendemur, & ad nos, Patremque noſtrum cœleſtem redeamus. Mitisſimè cædit, & paululum infligit ſupplicii: non poteſtate, ſed amore ad rigorem pertrahit diſciplinæ. Perſæ cum pœnam ſunt de illuſtri aliquo viro ſumturi, veſtem detrahunt & tiaram, eaque ſuſpenſa, ut hominem ipſum, verberant: idem facit juſtè mitisſimus & mitisſimè juſtus hujus univerſi Dominator, qui, in omni caſtigatione, non nos tangit, ſed corpus, agros, opes & omnia externa.

* Eſt Vocabulum Vlpiani. Petr. Chryſolog. ſerm. 118. Terent. Andr. 5, 3. ubi, ſi videris VVeitzium noſtrum, gaudebis.

Lipſ. l. 2. Conſt. c. 9.

P. Herbam do, nec hiſcere ampliùs audeo. Ita in aures & animum hæc demiſi, ut nunquam ſperem elapſura. Utatur jam ex

Calixt. in lib. de immort. animæ c. ult. Min. Felix.

ſuo arbitratu famulo ſuo Rector ille omnium & amator ſuorum: in adverſis me exploret & examinet, ingenium periculis penſitet: usque ad extremam mortem voluntatem ſciſcitetur: perire me non poſſe ſecurus exclamo. Miles jam imperterritus, ſub oculis imperatoris, audacius periculum provocabo.

T. O verba ſuaviſſima! non permutem hanc operam meam, quam tibi dedi, cum omnibus regum Perſiæ theſauris. Ardor hic ut ne refrigeſcat unquam, cœleſtem veneror & æternum ignem. Non autem refrigeſcet, ſi Dei ſaltim creaturas, quæ quotidiè oculis obverſantur, intueberis. Effulgebit potentia, qua fortiſſimè, ſapientia, qua modo nobis incomprehenſibili & hoſtibus noſtris inperveſtigabili, bonitas, qua, quibusdam quaſi catenulis, tempeſtivè ad nos ſaluberrimè adjuvandos & liberandos,

dos, pertrahatur. Hæc enim tria quomodo in mundi aſpectu nobis incidant, ex feſtiviſſimo Galeni loco patet venuſtiſſimè, Galenus l. 3. de uſu part. quem, niſi diſpliceret, referrem integrum.

P. Quî diſpliceret? memini equidem, me aliquando legere in explicatione Epiſtolæ ad Romanos: ſed quædam exciderunt, quæ denuò addi optârim.

T. Ἱερὸν λόγον ἐγὼ, τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς, ὑμνὸν ἀληθινὸν συντίθημι, καὶ νομίζω, τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν οὐχὶ εἰ ταύρων ἑκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας καταθύσαιμι, καὶ τὰ ἄλλα μυρία μύρα θυμιάσαιμι καὶ κασίας· ἀλλ' εἰ γνοίην μὲν αὐτὸς, ἔπειτα δὲ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησαίμην· οἷος μέν ἐστι τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα· τὸ γὰρ κοσμεῖν ἐθέλειν ἅπαντα τὸν ἐνδεχόμενον κόσμον, καὶ μηδενὶ φθονεῖν τῶν ἀγαθῶν, τῆς τελειοτάτης χρηστότητος ἐγὼ δεῖγμα τίθεμαι καὶ ταύτῃ μὲν, ὡς ἀγαθὸς ἡμῖν· Beza in notis.

τὸ δ' ὡς ἂν μάλιϛα κοσμηθείη πᾶν ἐξευρεῖν, ἄκρας σοφίας· δρᾶσαι δὲ πάνθ' ὅσα προείλετο, δυνάμεως ἀητλήτου·

Sacrum hunc ſermonem, ceu verum hymnum conditori noſtro compono, & hunc verum eſſe ipſius cultum ſtatuo: non ſi multis taurorum hecatombis ipſi faciam * aut multa unguenta caſiamque adoleam; ſed ſi tùm ipſe cognoſcam, tùm etiam aliis exponam, quanta ſit ejus ſapientia, quanta potentia, quanta denique bonitas. Quod enim omnia ultrò voluit, quanto fieri potuit ornatu, concinnare, & nulli invidere bonorum; ſtatuo eſſe perfectæ bonitatis demonſtrationem. Et hactenus quidem à nobis, ut bonus, debet celebrari. Rationem autem inveniſſe, qua univerſa quàm optimè exornarentur, ſummæ ſapientiæ: & quæcunque priùs decreverat, ea quoque confeciſſe, ejus vim declarat ac poteſtatem, quæ nullo modo poſſit ſupe-

*Quemadmodum apud Græcos δρᾶν pro θύειν. Sic etiam ap. Latinos facere ponitur pro ſacrificare. Varro lib. 5. de LL. faciunt Dis manibus: Tibul. libo & vino Iunoni fieri &c.

ſuperari. Huic igitur Optimo, Sapientisſimo, Potentisſimo, quem &Ethnici, tenebris obvoluti ſpisſisſimis, cognoſcere cœperunt, nos noſtrasque reſculas credamus.

Ante ruat cœlum, Deus & ſe neſciat ipſe,
quàm confidentes deſerat ille ſibi.

P. Miror, Theophile, te non dudum mihi illum Arabiæ regis annulum, quem, nimis diu ipſum detinentibus, oſtendebat, porrexisſe, hoc inſcriptum verbo: moleſtus es, ſurge.

T. Neque annulus mihi, inane digiti vinculum, neque verbum iſtud, animi haud dediti amico, ad frugem progresſo meliorem, indicium. Sat nobis ad viam temporis. Nondum Lunus, ut priſci loquebantur, ſuam nobis faciem monſtravit.

P. Epotus forſan à grege paſtoris: quemadmodum abſorptum cum

Phil. Carol. in Oration. de tribus ſoloeciſmis politicis.

eum ab aſino, qui biberat de flumine, in quo reſplendeſcentis ejus facies conſpiciebatur, putabant Sileni, cùm lucere deſiiſſet; idque propterea miſerum in carcerem compingebant, equuleo ſubjiciebant, amiſſum inde lumen numenque protracturi.

T. Cras credam, non hodiè. Quoniam ergò ita vis; viam ad noſtras domunculas relegamus. Ecce leporem tranſeuntem!

P. Quid cenſes?

T. Malum. Malim enim conſiſtentem, quàm tranſcurrentem, ſeque nobis obſonium præbentem.

Vide Piccart. Obſerv. hiſtor. co. polit. dec. 3. c. 4. Horat. l. 1. Od. 22.

P. Ha, ha, he! rectiſſimè Theophile. Ridiculi noſtri Germani, & propemodum ſuperſtitioſi: qui ex rebus leviſſimis omnia ſibi captant graviſſima.

Integer vitæ, ſideiq; plenus,
non timet ſylvæ leporem lupúmve,
non aprum, caprum, neq; vim leonũ,
auſpice Ihova.

T. Per-

T. Pertexe parodiam.

P. Tibi trado filum, cui major cum Camœnali familia intercedit conjunctio.

T. Aliud, ſi dies ferret jam in veſperam inclinata, mihi reſtaret abſolvendum.

P. Quid illud?

T. Dicebas anteà, cum Deum ferè ipſum cum hominibus accuſares, inauditis nos agitari diſcriminibus, & impunè lædi à quibusvis, quod vix erit tolerandum. Hæccine inaudita, quæ non Hiſtoricorum modò ſecularium, ſed omnes etiam ſacrorum loquuntur pagellæ? Non implorabo Joſephum, qui incredibilem hominum turbam, exigua annorum periodo, ſævisſima occiſam occidione affirmaret; provoco ſolùm ad ſcriptorem epiſtolæ ad Hebræos, qui Dei homines tantis teſtatur expoſitos cruciatibus, ut inter eos fuerint πειρασθέντες καὶ τυμπανισθέντες. Ubi per

Ioſephus.

Epiſt. ad Hebr. c. 11.

πϱιοϑέντας quidem intelligo, qui ſerra disſecabantur, quod traditur de Eſaia; per τυμπανιϑένʈας verò, quorum corpora per machinam, quam deſcripſit & depinxit Magius, quaſi pellis per tympanum, tracta disſecabantur, fuſtibusque ad necem usque ſævisſimè percutiebantur. De impunitate non eſt, quod quisquam ſibi gratuletur. Quemadmodum enim, verno anni tempore, radices terra coopertæ, ſuos fructus, flores ac lautitias producunt, fructusque iſti manifeſtantur, ac ſpinæ etiam patefiunt: ita quilibet ſuo corpore, quid egerit, declarabit, ſive bonum, ſive malum, juſtamque mercedem reportabit,

Magius in tractatu de equuleo.

Macar. Hom. 12.

- - - - in die illa,
qua ſolvet ſeclum in favilla,
teſte David cum Sybilla:
cum judex poſcet rationem,
ob boni omisſionem,
& mali commisſionem:

ut

at veteres habent rythmi, qui Manuæ in templo Franciſcano ad imaginem crucifixi leguntur.

P. Gratiā tibi habeo agoq; maximam, quod omnes mihi ſcrupulos volueris ejicere, qui in magnos potuisſent accreſcere ſcopulos, ad quos dubiè allıderem. Referrem etiam: ſed nec tua modeſtia deſiderat remunerandi vicem: nec fortuna mihi mea ſuggerit redhoſtiendi facultatem.

Nathan Chytræus in Viatico itineris extremi. p. 248.

Auſon. Oratione ad Gratianū Imperat.

T. Ne te angas, mi Philomuſe; τὰ τῶν φίλων κοινά. Sequere, & apud me ſis hac veſpera.

P. Itane bis ſim impudens, qui & diem tibi, & cibum conſumere auſim?

T. Intra: tua causſa vicinia fumum non videbit majorem. Lactucula nobis apponetur cum piſciculis minutis, & poculum vini veteris, non amplum, aut inundans, ſed rorans * atque minutum: bellariorum defectum ſupplebit ſermo.

* Vide Xyſtum Betuleium in Cicer. de Senectute, qui rorans poculum interpretatur, roratim quaſi vinū ſtillans.

P. Penulam mihi ſcindi non patior: allicit enim promiſſum ſermonis, qui præ mille mihi bellariis arridebit; & blande etiam invitat, benedictum olus Avicennæ lactuca. Si quid ego peccavero, tua mihi comitas veniam impertiet, cùm ſimus familiares.

Macrobius l.2.c.4. T. Forſan ita dices familiares, quemadmodum Auguſtus Cæſar quendam dicebat familiarem, à quo cœna erat ſatis parca & quaſi quotidiana exceptus: nam penè nulli ſe invitanti negabat. Poſt epulũ enim inops, ac ſine ullo apparatu diſcedens, valedicenti hoc tantùm inſuſurrabat; non putabam, me tibi tam familiarem.

Plaut. Apulejus. P. Familiaritatem ego non ex ferculorum æſtimo ſtruicibus patinariis, non ex lurconum vitioſis conſuetudinibus, ubi eſtur, potatur, pulmentis acervatim, poculis agminatim, panibus aggeratim ingeſtis; ſed animi ſenſibus, & quando accedunt

boni

----boni ſuper omnia vultus.

T. Sequere ergò ; & quæ famulus eſt adſportaturus, fronte excipe haud caperata. Ovid.

P. Explicata.

Dialogus II.

PHilomuſ. O amice ſalve, qui mihi Jonathani David, Niſo Euryalus, Damoni Pythias, Oreſti Pylades, Theſeo Pirithous, Patroclo Achilles, Hephæſtioni Alexander, Scipioni Lælius, Atticoque Cicero.

T. Et tu, ædepol, ſalve, Philomuſe oculisſime, ſalve ; ut tuo tibi verbo reſpondeam : quod quidẽ parùm mihi videtur ex formula.

P. Cur non ex formula?

T. Nonne, AVE, dicendum?

P. Vulpecula: ludis me, vel potiùs, quid in majorum profece-

rim monumentis, exploras. Ave, propria vox ſalutationis matutinæ. Vide tuum Martialem:

& matutinum portat iniquus ave.
Diſcurris tota vagus urbe, nec ulla cathedra eſt,
cui non manè feras irrequietus, ave.

Salve autem abſque differentia, mane, veſperi, dicebatur, quod me docuere Comici; Plautus, Terentius; qui & ſalve dicebant, & ſalvere jubeo, & ſalvus ſis, ut Græci ὑγιαίνειν· Tu autem, quam te fingis mulierem, cum juras, ædepol: quod muliebre eſſe juramentum, vel ex Orbiliano tuo pædotriba didiciſſe debebas?

Andr. 3, 2. T. Errare quidem ipſum ſcio, at me loqui emendatè puréque, certum habeo. Ecce noſtrum Weitzium: apud Romanos viri jurabant per Herculem, unde illa: Hercule, Hercle, Hercules, mehercules, mehercule, Mulieres per

per Caſtorem, mecaſtor, ecaſtor, perecaſtor. Utrique per Pollucem, Pol & ædepol. Eant igitur, unde malum pedem tulerunt, iſti cum fumoſis ſuis ſomniis, in quorum cerebris, ut eruditisſimus Corvinus loquitur, tam mirabiles interdum ſurgunt vapores, ut quid agant, ſatis penſi habere nequeant; quin ferè in fœminas abeant, quæ ſive annuant, ſive renuant, ſemper eligunt id, quod deterius eſt. Diſp. 9. Phil. dub. 9

P. Parce, parce, Theophile. Sint quidam larvati & cerriti, modò quidam alii mente non ſint vervecina, ſed ſana.

T. Sed ne verbis me dicas dapſilem, dapibus præparcum, mox manibus erimus, ubi diu fuimus animis, in patinis. Puer, infer lychnuchos φῶς ἀγαθόν.

P. Ita Græci, niſi fallor, cùm lumen afferetur, dicere ſolebant; Latini: fac nos auctor & magiſter totius veritatis, utraque luce Ioſ. Scal. in Varr. Ludov. Vives in meditat. diurnis.

artifi-

artificiali & ſpirituali, ea cernere, quibus caligo mentium depellatur.

Sed hæc ſibi quid volunt, quæ, dũ oculis pererro emiſſitiis cœnaculum, in tabula deprehendo exarata.

B. F.

Siſte gradum; adſcripta lege, lector pare.

Genius loci ad hoc limen ſic edito.

οὐδεὶς ἀγράμματος,

Nemo illiteratus,

οὐδεὶς ἀδιάγωγος,

Nemo inſulſus;

οὐδεὶς ἀθυρόγλωττος,

Nemo locutulejus,

οὐδεὶς παράσιτος,

Nemo paraſitus,

οὐδεὶς ἀδδηφάγος,

Nemo vorax,

οὐδεὶς φιλοπότης,

Nemo bibax,

οὐδεὶς κατάσκοπος,

Nemo explorator,

ὐδεὶς ἐπίκλοπος,
Nemo expilator,
ὐδεὶς πολυκηδὴς,
Nemo anxius,
ὐδεὶς φιλόνικος
Nemo rixoſus
εἰσίτω
ingreditor.
Quis talem te fecit dictatorem?

T. Quis? Dominus ſum mearum ædium, quas inſolentiùs, quàm Turcarum imperator luculentum ſuum palatium, poſſideo, & leges in iis pro lubitu figo, refigo. Qui mecum vel prandere, vel cœnare amat; ſecundum leges meas prandeat cœnetque. Si ſecus faxit, damnas eſto, & pro arbitratu meo luat. Quid tremis, Philomuſe?

P. Damoclem me facis legibus tuis perquam duris. Quemadmodum enim ille adeò fuit conſternatus & exanimatus, ut nihil de exquiſitisſimo ciborum & vini apparatu attingeret, quem

Dio-

Dionyſius adhiberi juſſerat; quod fulgentem è lacunari gladium de ſeta equina appenſum videret, qui motu leviſſimo capiti, & cervicibus ejus purpuratis imminerèt, ſeta mox rupta delapſurus: ita ego quoque bucella quavis metuere habebo, ne in tribunal tuum impingam.

T. Exlegem te faciam: quia amicus es. Malos imitabor prætores, quæſtores, judices, qui legum aliquando retinacula affinibus & neceſſariis ſuis laxant, ac edictorum carceres à locupletioribus potentioribusque perfringi patiuntur; ut

-inſontes abeant : ceu parvula muſca,
Paling. *in tenui tela, quam pendens texit Arachne,*
volvitur ac remanet: ſi grandior horridiorq;
impulerit, frangit caſſes & tuta recedit:
Sic leges (veluti Scythica de gente canebat,

Barbarus ille Sophus) miſeros nectuntq́ꝫ tenentq́ꝫ,
transmittunt laxis foribus, renuuntq́ꝫ potentes.

P. Quid præmii meo huic Mitioni offeram?

T. Bovem.

P. An, ut transgresſiones meas reticeas, ſi βȣ̃ς σοι ἐπὶ γλώσσῃ i. bos tibi ſuper lingua,* qui loqui eam non permittat? Etſi autem ab legum me tuarum exactione exemiſti; rogo tamen, ut mihi explices.

* Ita olim de illis dicebatur, qui liberè, quod ſentiebant, non proloquebātur.

Erant autem boves numismata boum figura ſignata: quæ prima fuit omnium à Servio Romanorum rege conſtituta.

T. Priùs corpus, dein animum ſaturabimus.

Puer. ὕδωρ κατὰ χειρὸς † i. aquam manualem.

† Athenæ 2. & Ariſtoph. in Arib.

Orationem jam ad Deum prægustemus:

Benedictus eſto, Domine Deus noſter, rex mundi, cum filio tuo redemtore & patrono noſtro, ac ſpiritu ſancto, qui cibum è terra producis, O benignisſime mune-

rum tuorum diſtributor, qui dona bona omnia ad utendum, purus pura, ſanctus ſancta: fac, adſit auxilium tuum, ne pravè abutamur iis, quæ tu ad noſtros rectos uſus condidiſti: da edamus, quantum eſurientes capiunt, da bibamus, quantum pudicis eſt utile; ita ſaturemur, ut qui meminerimus, etiam per noctem te eſſe adorandum; ita fabulemur; ut qui ſciamus te audire. Benedic nobis & his donis tuis, Deus trinune, Deus in ſecula benedictus, propter filii, quam pro nobis paſſus, famem ſitimque acerbiſſimam. Amen.

Tert. l.c. 39. Apologet.

A lactuca jam cœnulam auſpicabimur.

P. Idque cum Martiale, qui cauſam tamen indagare nequit:

Martial. l. 13. ep. 14.

claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,
dic mihi, cur noſtras inchoat illa dapes?

Quam tu, qui κοινοφθαλμίζειν,

*&

* & omnia ſcrupuloſè ſoles perſcrutari, putas mutationis hujus rationem? * Curioſè etiam ea, quæ intra ſcenam fiunt, luſtrare.

T. ὀρέξεως appetitus conciliationem. Lactuca enim, ut habet Scriverius, cibi facit appetentiam, Veteres autem à cœna ſumſerunt, ad opprimendas fuligines, à ſumto cibo & potu, in caput aſcendentes. Scriverius.

P. Quæro autem, cum terſiſſimo Corvino, utris dica ſit ſcribenda? an poſteris, quaſi veteres ederint ut viverent; poſteri v. ſe ideò vivere putarint, ut ederent? an potius contra priſcis, quaſi illi multò voraciores nobis fuerint, ut qui non ſatis habuerint, ſeſe ſemel ingurgitasſe, ſed etiam, quò prælium posſent dentium redintegrare, hujusmodi gulæ irritamento, quaſi quibusdam ſcalis geſtatoriis, denuò fuerint uſi? Si namque hic eſt lactucæ effectus, ut conciliet ὄρεξιν aut eam quocunque tempore ſumta producet. Corvin. diſp. 9. Phil.

ducet, aut aliquid aliud dicendum?

T. Utrique posſunt, me judice, abſolvi. Veteres non propterea circa cœnæ exordium lactuca veſcebantur; ut ſtrenui nepotes, eò avidius ad ingluviem redirent; ſed, ut inſita frigiditate retunderent ebrietatem (unde Dioſcoridi ἀκραίπαλ☉ vocatur) ac eò dormirent tranquillius, alacriusque & citiùs ad opera ſe diurna conferrent: nec ideò præmittunt poſteri, ut eò magis posſint abdomē ſaginare, ſed ut ſanitati eant conſultum, quam appetitu, à lactuca circa cænæ procemium, ut Cœlius Rhodiginus loquitur, excitato, & inſtaurari conſtat & conſervari. Mirum a. tot lactucam conviciis agitari, cui ſtatuam, juxta ædem Aeſculapii, ſtatuerunt Romani.

Dioſcorides.

P. Statuam lactucæ? forſan Lactucinæ Deæ, quæ cum Flora ac Matura colebatur, quod floreſcentibus, lacteſcentibus & matureſcen-

reſcentibus præesſent frugibus.

T. Non Lactucinæ, ſed lactucæ: quod, cùm Octavianus Auguſtus longa & ancipiti decumberet ægritudine, conſilio Antonii Muſæ, medici excellentisſimi, lactucâ esſet conſervatus. Abſtinuere autem ab eadem novelli ſponſi, quod Veneri refragaretur, reſque labefactaret: qua de cauſa Plinio Eunuchion, Pythagoricis ἄνυγχ@, ſpadonia, nuncupatur. Plin. l. 18. c. 8.

Scitè *Laurentius Lippius*: Laurentius Lippius.

Surgentem Venerem mollis lactuca moratur;
devoret erucas, qui cupit esſe ſalax.

Ph. Cur erucas?

T. Quod ignitæ ſint virtutis, &, in cibo ſæpè ſumtæ, Veneris moveant incendium. Hinc erucam vult dictam Iſidorus quaſi uricam. Iſidor. l. 17. c. 10.

P. Credebam dici erucam ab erodendo, quod linguam vellicando quaſi erodat. Sed in etymo-

mologiis nonunquam ἕτοιμοι πρὸς λόγους, parati ſumus ad nugas & fabulas congerendas, ad omnium linguarum chaos & confuſionem plusquàm Babylonicam revocandam. Et nullibi magis ludere licet Grammaticorum manipulo, quàm in hoc circo, ubi quisque, quot egeat pondo, ad perpurgandum cerebrum, hellebori, oſtendit.

Mitto autem hoſce, & mitto ad medicos, qui medeantur.

Tu, ſi quid habes de lactuca ampliùs, quæſo haud gravatè profer.

Th. Hoc iſtis volebam adjicere, quod ſcribit Callimachus: in lactuca Venerem amaſium ſuum Adonin ſepeliiſse: quodq; Volaterranus ex Eubulo refert: μὴ παρατίθετέ μοι θριδακίνας, ὦ γύναι, ἐπὶ τὴν τράπεζαν· ἐν τῷ λαχάνῳ οὕτῳ ὡς λόγος, τὸν Ἄδωνιν ἀποθανόντα προὔθηκε Κύπρις· i. ne apponito mihi lactucas, ô mulier,

lier, in menſa: in hac herba, ut fama eſt, Adonin mortuum Venus repoſuit.

Hæc de lactuca. Philoſophari me dices Philomuſe, non cœnare: quia tam ſiccus asſides, quàm pumex; aut Dionyſium,* æquore forſan mergendum, planè fuiſſe ſubmerſum. Cedò puer, poculum Grammaticum.

*Dionyſium æquore mergi dicunt, cum vinum, aqua diluitur.

P. Deum immortalem! an & Grammatica bibit?

T. Nonne vidiſti apud Athænæum, pocula dici Grammatica, quæ literis ſunt inſignita? cujusmodi illud, in cujus ambitu hæc verba legebantur: διὸς σωτῆρος, i. Jovis Servatoris. Capuæ Grammaticum fuiſſe poculum legimus, Dianæ ſacrum, & ex Homericis concinnatum carminibus. Apud Achæum Tragicum, Grammatici mentiò poculi eſt: & Tranquillus ſcribit: Neronem ultimis ſuis rebus ſcyphos gratisſimi uſus, quos Homericos, à cæ-

latura carminum Homeri vocabat, ſolo illiſisſe. A poculis abibimus ad potum. Propino, Philomuſe, tibi.

P. Benè vive, ſodalis.

Ecce poculum! jam demum, cur Grammaticum appelletur, adverto. Grammata ſive literæ, ipſi inſculptæ, hæc mihi verba offerunt: MEMENTO CERIMANI. Quid Ceri Mani? an ceremoniis, pede ſtrepitante, capitis inclinatione, manus baſiatione, cum Gallicis noſtris Germanis, utendum?

T. Abſint illi, ut vulgus vocat, Politici, potiùs Polypi, quos ſua ſatis plectit ſtoliditas. Cerus Manus eſt creator bonus. Cerus enim ab antiquo cereo, quod eſt creo: Manus verò, vel etiam manis, bonus eſt & clarus. Statuminare hoc posſum auctoritate Macrobii: manè dictum videtur, ait ille, ab omine boni nominis. Nam & Lanuvini mane pro

Matrob. l. 1. c. 3. Saturn.

pro bono dicunt: ſicut apud nos quoque contrarium eſt immane: ut, immanis belua, vel immane facinus; & hoc genus cætera pro non bono. Varronis: diei principium mane, quod tum manat dies ab oriente: niſi potius, quod bonum antiqui dicebant Manum. Feſti: alii dictum mane putant ab eo, quod Manum bonum dicebant. Nonii Marcelli: Manum dicitur clarum; unde etiam mane poſt tenebras noctis, diei pars prima: inde volunt etiam Deos Manes appellari, id eſt, bonos ac proſperos, quod melior mors ſapientioribus, quàm vita probetur. Inde immanes non boni, ut ſæpe. Iſidori: Mane, lux matura & plena, nec jam crepuſculum: & dictum mane à manus; Manũ enim antiqui bonum dicebant. Quid enim melius luce. Meminiſſe hujus Ceri Mani, & boni creatoris, quoties potu nos refocillamus, voluere mei Ma-

jores, à quorum reſculis unicum hoc ſupereſt mnemoſynon; reliqua Cacus * abſtulit, cumque bobus Herculis addidit in ſpeluncā.

*Latro apud Virg. 8. Aen. qui Latium undique incendiis & rapinis vaſtavit, & Herculis boves noctu cauda traxit in antrum ſuum. Vnde ponitur pro quovis latrone.

Ph. Pios Majores! quorum ſi veſtigia legeremus; non tot cooperti & ſepulti ſceleribus deprehenderemur, nec ab ipſis etiam Judæis probitate vinceremur; qui inter bibendum, elevato ſuper menſam poculo, ſæpiùs hæc iterant: BENEDICTUS ESTO, DOMINE DEUS NOSTER, REX MUNDI, QUOD FRUCTUM VITIS CONDIDISTI.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Aetas parentum pejor avis, tulit
nos nequiores, mox daturos
progeniem vitioſiorem.

Th. Ita didicimus ex Buxtorfio, ita cum Horatio querimur. De poculo autem quid fiet? quid de vino ſentis?

Ph. Quid? niſi præclara omnia. Dionyſius hic mari immer-

ſus non eſt: merus eſt & purus. Migraſti morem veterum, Theophile, qui hunc Herculem Omphale emolliendum curabant. Hæc enim temperatura maximè placebat antiquis, ut quinque vini cyathis duo adderentur aquæ, aut duobus unus.

Th. Si quinque vini cyathos evacuaveris; addam, ſi lubet, duos aquæ.

Ph. Delicias facis. Hoc volo, quod volunt Poetæ, cùm Baccho plures addiderunt nutrices: quod huncDeũ oporteat pluribꝰ Nympharum menſuris ſociatum, moderatiorem reddere ac mitiorem.

Ardentem ex utero Semeles lavere Lyæum
Najades, extincto fulminis igne ſacro.
Cum Nymphis itaq; eſt tractabilis; at ſine Nymphis:
Candenti rurſum fulmine corripitur.

Th. Non ſolum tibi Bacchum ſuffi-

ſufficere intelligo; Nymphas cupis additos. Atqui ego, crede mihi, haſce Sirenas, hoc meum ingredi Lararium, nunquam permiſi; cum funeſtisſimum in naufragium præcipitent amantes. Ceram igitur auribus petii; ut Ulysſes, ne cantus earum fallaces audiret, aures cera occluſit; linteolum oculis, ne aſpectu commoverentur, & dolore corriperentur.

Hanc Circen ita fugi, ut

Paling. *--prævisa draconis*
guttura, quem ſtimulat paſtus inſana libido;

cùm in porcos commutet abblandientes. Recordare, Philo-
Val. Max. muſe, quid ſecundus dixerit Philoſophus, cùm, quid esſet mulier, interrogaretur? Viri, inquit, eſt naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitæ captivitas, quotidianum damnum, voluntaria pugna, ſumtuoſum bellum, belua conviva, ſolicitudo

conſi-

confidens, leæna amplectens exornata Scylla, animal malitioſum, malum neceſſarium. Quid Ambroſius: diaboli janua, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, genusque nocivum eſt fœmina. Cùm proximat, ſtimulat, ignem accendit, flammigero igne percurrit conſcientiam pariter habitantis, & exurit fundamenta montium. Si cum viris fœminæ habitent, viſcarium non deerit diaboli. Ambroſ. l. 1. Off.

Ph. Quid concionaris, Theophile? Nunquam vel ſomniavi fœminam: in quam & in ignem incidere, æquale eſſe, dicebat Pythagoras.

Adam, Samſonem, Petrum, Davidem, Salomonem,
decepit mulier. Quis modo tutus erit?

Sed argutari tibi hodie decretum eſt.

Ut verè quid de vino hoc cenſeam, proloquar; dico, quod ſit

nobilis ignoto diffuſus conſule *Bacchus; quod lac Veneris; quod conviviorum anima: quod ſit illud ipſum vinum, quo de Varro:

Vino nihil jucundius quicquam cluet:
hoc continet coagulum convivia:
hoc hilaritatis dulce ſeminarium:
hoc ægritudinem ad medendam invenerunt.

* Tempora in doliis, à conſulum nominibus numerata, ſignabuntur. Unde Bacchus ignoto conſule diffuſus erit vinum pervetus, tali quippe conſule diffuſum, cujus etiam nomen ignoratur.

Hæc & veterum fuere vini generoſioris eclogia: qui non ipſum modò olim in deliciis habuere; ſed, ejus puto honori, tempus etiam ipſius demendi vel vindemiam, peculiari voluerunt privilegio extollere: quod liquet ex Minutio: ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant: ex Cypriano: & promiſiſſe me memini, & reddendi tempeſtivum prorſus hoc tempus eſt; quo indulgente vindemia, ſolutus animus

mus in quietem, ſolennes ac ſtatas anni fatigantis ferias ſortiatur: ex Heraldo: non ſolùm forum tum clauſum, ſed ſcholæ etiam, ipſaque adeò ſtudioſorum muſea: ex Cœlio Rhodigino: in vindemiæ feſtiva lætitia, multa in dominos jocularia, vel ipſis audientibus, ſolita jactari.

Th. Memini, hæc me aliquando legere: ſed, mi Philomuſe, quid tu me pungis, cùm tot ornas encomiis vinum hoc cibarium. Vetus quidem eſt, ſed non vetus Varro,
vetuſtum, vel vetuſtate edentulũ, Curcul. Act.1.ſ.1.
ut os Muſarum Plautus loquitur, Pœnul.3,3.
non eſt, ut Alexis Comicus ait,
οἶνος ἡδὺς, ὀδόντας οὐκ ἔχων·
Guſta piſciculos.

Ph. Emtos obolo, ut Chremetis?

Th. Præteriere iſta dudum tempora, quibus obolo licebat cœnare.

Ph. Piſciculis autem cur veſcimur, cibo adeò infami, ut Vete-

res, gurgitum nepotumque luxurioſorum, proprium judicarint?

T. Quia ad eſcam ſunt accommodi extemporaneam; & literatorum ſtomachis non nimis infeſti. Eos autem, qui proprium dices cibum Apitiorum, quibus hodie, religionis cauſa, veſcuntur ſanctuli?

Ph. Sanctuli tales, qualibus nunquam deteriores vel Cæditius, vel Rhadamantus judicavit:

qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt,
nocte dieq; ſuum geſtant in pectore teſtem.

Sanctuli maximè, quibus Moſis competit dubitatio, Rubenis inceſtus, Davidis adulterium, Jonæ inobedientia, Judæ ſuavium & loculi, Petri juramentum, Paulique ſævientis ferocia.

Th. Noli paucorum diffundere crimen in omnes. Latet aliquando ſub ſterquilinio margarita.

Ph. Fateor: ſed in magno fimeto

Digitized by Google

meto vix unica eaque exilis, vixque repertu poſſibilis. Quæ probitas illos inceſſat, qui nil niſi ſanguinem ſitiunt, & carnem eſuriunt humanam?

Th. Carnem & ſanguinem?

Ph. Carnem & ſanguinem. Audi hominum verba: Duplex, beate Pater, miniſterium Petri, paſcere & occidere, juxta illud: paſce oves meas; & juxta illud: occide & manduca. Quando enim Pontifici negotium eſt, cum refractariis & adverſantibus (quales ſunt Veneti) tum jubetur Petrus eos mactare & occidere, atque in viſcera ſua recondere. Oportet, ait Paulus 1. Corinth. 15. Chriſtum regnare, donec ponat inimicos ſub pedibus ejus &c. Cùm hic locus Pauli, Eccleſiæ poteſtatem exprimat, meritò reluctantes & contumaces hoſtes pedibus trahet, comminuet, proteret; atque ſub ſua poteſtate ſubditas nationes coercebit, donec

Baronius in epiſtola contra Venetos.

veneraturi, pro ejus dominatione & dignitate, manus protendunt, & veſtigiis oſcula jaciant. Quos omnes ſua auctoritate confringit & conterit Eccleſia, vel glutiens in ſua membra convertit: quia primo prædicatori dictum eſt; occide & manduca.

Th. Facti jam videntur longè mitiores, & vel oleo tranquilliores.

Ph. Anguillæ ſunt, elabuntur; quicquid ſcriptis atteſtari videantur. In fallaciis enim & æquivocationibus, omnes ipſorum machinæ conſiſtunt: etſi eas inſignem ipſi prudentiam interpretantur.

Mart. Navarrus. Per hanc doctrinam, inquit Martinus Navarrus, innumera mendacia & peccata evitari poſſunt, ſi ſemper reſpondeatur cum aliqua ſubintellectione: Ut, ſi interrogemur, quò vadamus? quantam pecuniam habeamus? mutuaverimus? donaverimus? quid ſcripſerimus? quid nobis

ille aut ille dixerit? & ſexcenta alia. Omnibus illis abſque peccato reſpondere nos poſſumus, ſubintelligendo aliqua. Ut, ſi quis petenti pecuniam, librum &c. reſpondeat: non habeo, licet habeat; ſubintelligendo tamen: ita nō habeo, ut tenear præſtare; vel, ut tenear tibi dicere, manifeſtare.

Ex eadem officina, inque eodem luto ad argutias edoctus prodiit Toletus: Si crimen omninò occultum eſt, de quo quis interrogatur; tum æquivocatione uti poterit, reſpondendo: neſcio, intelligendo tamen intra ſe, ut dicam tibi: vel reſpondendo: non feci; intelligendo intra ſe, nunc non feci, vel quid ſimile. Et ſic interrogatum, an ex tali civitate veniat (de qua nempe communis fama eſt, quod peſte infecta ſit) utut ſub juramento interrogatus ſit, poſſe tamen reſpondere, quod non; licet inde veniat: quia nempe tacitum intellectum Toletus.

hunc

hunc in ſua mente habet, quod civitas illa non ſit infecta; aut quod ipſe non ſit infectus, licet civitas infecta ſit. Quia nempe non facit contra præcipuam intentionem cuſtodum.

Egregiam excuſationem!

Mentem vulpecularum adeò non mutatam arbitramur, ut faciliùs Aethiopem poſſe dealbari exiſtimemus. Velim ſciatis, ait Campianus, quod ad ſocietatem noſtram attinet, omnes nos, qui per totum orbem longè lateque diffuſi ſumus, quorum eſt continua ſucceſſio & magnus numerus, ſanctum fœdus iniiſſe, nec, quam diu vel unus noſtrum ſupererit, ſtudium & conſilia noſtra de ſalute veſtra (ſalus hæc eſt regionis & religionis everſio) termiſſuros. Jampridem inita ratio eſt, & inchoatum certamen: nulla vis, nullus Anglorum impetus ſuperabit.

Campianus.

Th. Non opus, ut hiſce diem noctém-

noctémve frangamus, aut mœrorem inducamus.

Siti exureris, niſi biberis.

Ph. Adbibo hauſtum.

Th. Tibi fauſtum. Puer, corona poculum.

Ph. Unde petit coronas? Flora jam obdormivit.

Th. Iterum ad virgines redis, mulierarie. Noli fronte caperare:

cædimus, inq; vicem præbemus
crura ſagittis.

Hoc te velle video: poculum me velle, ut Virgilius loquitur, induere corona; quod antiquis factitatum fuisſe cognovimus, qui vinũ hilaritatis cauſa convivalis & libationis, ſertis exornabāt. Atqui ego cum aliis poculum coronare, interpretor, ad ſummam coronam & marginem implere.

Ph. Minus autem id accuratè.

Th. Severam hanc Criticorum accurationem epulæ non agnoſcunt; quarum ſermones à Varrone cenſentur aptisſimi, ſi non Agell. l. 13. c. 11.

ſint

ſint ſuper rebus anxiis aut tortuoſis, ſed jucundi atque invitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate utiles, ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fiat & amœnius. Quod profectò, inquit, eveniet, ſi de id genus rebus ad communem vitæ uſum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro, atque in negotiis agendis loqui non eſt otium.

Ph. Velim in altisſima te ſpecula conſtitutum, hæc ſtentorea intimare voce iſti hominum fœtido furfuri, qui cibos, contentionum diſputationumque gravitate & obſcuritate conſpurcant: adeò quippe artium pleni, ut, niſi nonnihil egerant, ingerere nihil eſcæ posſint: de quibus olim Scaliger:

Quò te ambulando vertiscunq́3 gentium,
vitare non eſt diſputatorum genus

pu-

pugnax, protervum, faſtuoſum,
garrulum:
quos pacis hoſtes, ultima hac ætas
tulit
Qui nocte lucem, nigra vertunt
candidis,
& quæſtionum triſtitate condi-
unt
natas in uſum veritatis literas.

Non didicerunt aſſidui inſcitiæ cultores, & opinionum nundinatores, ea, quorum ἀπόδειξις λίαν πόῤῥω, huc non quadrare.

Th. Libemus, Philomuſe, hoc poculum Magnifico Rectori.

P. Vitam ipſi Divinitas largiatur prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, populum probum, & quæcunque vota ipſius voluerint. Recolo apud Græcos auditores ſuis libaſſe Doctoribus, & à ſenatu inter cæteros, quos Auguſto decreverant, honores, fuiſſe & hunc connumeratum, ut pro ipſius ſalute, in conviviis à populo libaretur.

Fre-

Frequens hic mos olim inter a-
micos, ut benè ſibi invicem omi-
narentur & precarentur. Conſta
Plaut. ex Plauti Sticho. Benè vos, ben
nos, benè te, benè me, benè no
ſtram etiam Stephanium: ex Per
ſa: Benè mihi, benè vobis, ben
Tibull. amicæ meæ: ex Tibullo:

Vina diem celebrent, non feſta lu-
ce madere
Eſt rubor, errantes & malè ferr
pedes.
Sed benè Meſſalam ſua quisq; a
pocula dicat,
Nomen & abſentis ſingula verb
ſonent.

Ex Ovidio:

Et benè nos, benè te, patriæ pat
optime, Cæſar.

Ex Culice Scaligeri: benè v
xis, benè vixeris: ζήσειας· Hun
more noſtro, pio & Chriſtian
imitemur. Non cum ejusmo
balneatoribus & calicum rem
gibus, ut elegantiſſimus loquitu
Taubmannus, ita alienæ ſalu
lib

libemus, ut noſtram libemus & lædamus. Ut pro aliorum ſalute conſervanda vel recuperanda noſtram poculis ſubmergamus, juxta Poetam:

Quò tibi potarum plus eſt in ventre ſalutum;
hoc minus epotis hiſce ſalutis habes:

Bacchum tuum luctatorem video doloſum. Deo fundamus gratias, quàm vini flagitio inducatur illa ſui ignoratio, oculi incerti, gradus errantes, capitis vertigo, tecta ipſa mobilia, velut aliquo turbine circumagente totam domum. Seneca.

Th. Fundamus utique ſobrii: plus enim placet Deo latratus canum, mugitus boum, grunnitus porcorum, quàm cantus vel oratio ebriorum. Etſi non eſt, quod eò metuas perventurum, ut cum Cyclope Euripidæo vocifereris. Auguſt.

ὁ δ' οὐρανός μοι συμμεμιγμένος δοκεῖ

τῇ γῇ φέρεσθαι. h. e.

Summo mixta polo mihi terra profunda videtur.

Auguſt. Oremus devotè, Philomuſe: oratio enim animæ ſanctæ præſidium, angelo bono ſolatium, diabolo ſupplicium, gratum Deo obſequium, & pœnitentiæ religionis laus tota, perfecta gloria, ſpes certa, ſanitas incorrupta.

O æterne & miſericors DEus, Creator noſter, Pater redemtoris noſtri, tantum nobis quotidie elargiris, quantum nec animus agnoſcere, nec lingua poteſt prædicare. Gratia tua ſemper & miſericordia nos prævenerunt; das victum & amictum, & quæcunque ad vitæ ſuſtentationem neceſſaria. Quando erramus, in viam reducis; quando ignoramus, doces; quando peccamus, corripis; quando triſtamur, conſolaris; quando cadimus, erigis; quando ſtamus, tenes; quando imus, deducis; quando venimus,

Digitized by Google

mus, ſuſcipis; quando dormimus, cuſtodis; quando clamamus, exaudis. Hæc & multa alia beneficia feciſti nobis Domine, Deus noſter, vita animæ noſtræ. Effice quæſo, dulce nobis ſit, de his ſemper loqui, ſemper cogitare, ſemper tibi gratias agere. Da deinceps quoque, immenſe bonorum innumerabilium prome-conde, quæ hæc noſtra mortalitas deſiderat. Divitias non requirimus; paupertatem verò ne dederis: ſed da panem demenſi ſufficientem: da cor, quod te cogitet; animum qui te diligat; mentem, quæ te recolat; intellectum, qui te intelligat; rationem, quæ tibi ſemper ſummè delectabili, adhæreat. Cùm cogitamus te, adſis nobis; cùm ſuſpiramus, audias nos; cùm fluctuamus, gubernes nos; cùm imus per viam ſeculi latam, ne deſeras nos. Memento, in manus nos eſſe tuas ſignatos, imò

nos

nos eſſe velut annulum tuum ſignatorium, quem geſtes digitis tuis, in utero nos à te portari miſericordiæ ineffabilis, quam nunquam nobis deneges, propter filii meritum, & Spiritus S. interceſſionem inerrabilem, Amen.

Menſas ſecundas & apparatum hortenſem non habes, Philomuſe, quem impendio magnifico inferre ſolent alii.

Ph. Ἐπάλεια, tragemata, menſam pomorum, inſignia luxus irritamenta nil nos moremur.

Th. Cur menſas ſecundas menſam vocas pomorum.

Ph. Cum Lipſio voco propterea: quia poma eas maximè exornabant: quod ex illo Horatii colligo:

- - - - ab ovo

Heinſ. in præf. Ariſtarchi. usque ad mala cibaret. ubi magnus ille literarum reſtitutor Deſiderius Eraſmus, qui, ſententia Heinſii, omnis eruditionis artiumque admirabili ſtipatus

comi-

comitatu, more olim uſitato, totam Criticen abſolvit, admonet; antiqui cœnam ab ovis auſpicabantur, malis finiebant. Miror autem finiiſſe malis, quorum etiam nomen erat inter obſcœna; ut liberiùs confabularemur, niſi ſacra menſæ vereremur meritò; niſi in omni angulo ſciremus honorem habendum angelo. Monſtri aliquid alit Propertius, cum:

Quamvis, inquit, *Ida Parin paſtorem dicat amaſſe,*
Atq; inter pecudes accubuiſſe Deam:
Hoc & Hamadryadum ſpectavit turba ſororum,
Sileniq; ſenes, & pater ipſe chori,
Cum quibus Idæo legiſti poma ſub antro,
ſuppoſita excipiens Naica dona manu.

Quid enim putas ipſum innuere aliud, quam quod Catullo eſt, legere

gere olera, Ciceroni, legere nu
ces? Non autem nomen tantùn
eſt malum, ſed malum etiam i
pſum ſæpe malum.

Th. Malum malum.

Ph. Paulino enim vitæ filun
præcidit. Malum namque inuſi
tata magnitudine ſibi oblatum
imperator Theodoſius cùm mit
teret Eudociæ; id illa Paulin
dedit, viro literarum cultu no
ignobili, eáque de cauſa ſibi fam
liari: qui, rei ignarus, præbu
imperatori, ut rem miram. Ill
eo agnito & occultato, uxoren
interrogat, ubi miſſum ipſi ma
lum? Verita autem, ne id ſuſp
caretur maritus, quod jam ſuſp
cabâtur, ſe comediſſe reſpon
det, idque, illo acriùs urgente
jurejurando affirmat. Tum in
percitus imperator, pomun
profert. Sic, illâ in manifeſt
mendacio deprehensâ, ſuſpici
mariti confirmatur, ac Paulinu
inſons miſerè trucidatur. Sed &

Tro

Trojanis malum, ingens malum attraxit. Cùm enim Eris non eſſet ad Pelei & Thetidis nuptias invitata, objecit deabus, Junoni, Veneri, Palladi malum, cum hac inſcriptione: ἡ καλὴ λαβέτω· Inde bellum exortum Trojanum, quia, cum Paris, in judicio de præſtantia formæ, antepoſuiſſet Venerem reliquis deabus, ſparſa ſunt belli ſemina Trojani, raptâ à Paride, Menelai uxore, Helena.

Th. In malam igitur rem abeat malum.

Ph. Modò mente non abeat tua, legum tuarum explicatio, cujus pollicitatio diu mihi movit ſalivam.

Th. Siquidem non nevis, ad earum declarationem tranſibo.

GENIUS LOCI.

Genium ſcis ex Varrone Deum, qui præpoſitus eſt, ac vim habet omnium rerum gignendarum: ex Feſto, Deum, qui vim obtinet rerum omnium gerendarum.

Aufuſtius, Genius, inquit, eſt deorum filius & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea Genius meus nominator, quia me genuit. Laberius: Genius noſtri generis parens Iſidorus: Genium dicunt, quod quaſi vim habeat omnium rerum gignendarum, ſeu à gignendis liberis: unde & geniales lecti dicebantur à gentibus, qui novo marito ſternebantur. Arnobius: Cùm in matrimonia convenitis, toga ſternitis lectulos, & maritorum Genios advocatis. Qui & alibi ejus enumerat nonnulla officia: quid, quæſo, ut faciat præſidatum, focorum deus iſte ſortitus eſt? per humani generis coquinas currit, inſpiciens & explorans, quibusnam lignorum generibus ſuis ardor in foculis excitetur: habitudinem fictilibus contribuit vaſculis, ne flammarum diſiliant vi victa: curat, ut ad ſenſum palati, ſuis cum ju-

cunditatibus; veniant rerum incorruptarum ſapores, & an ritè pulmenta condita ſint: prægustatoris fungitur, atque experitur, officio.

Adeò rebus illi omnibus, ſuum adſignabant Genium. De loco clarè Auſuſtius: alii Genium eſſe putarunt uniuscujusque loci Deum. i

Teſtantur hoc veterum inſcriptiones;

GENIO LOCI.
GENIO HORTI.
GENIO TEMPLI.
GENIO URBIS.
GENIO MUSEI.
GENIO LYCEI.
GENIO SCENÆ.
GENIO EXERCITUS.

Nobis genius loci hîc eſt, in cujus poteſtate ſunt ædes, ipſe ſcilicet poſſeſſor; quem qui habet propitium, tecto latere intromittitur & dimittitur.

Digitized by Google

B. F.

Significat: BONVM FACTV

Quam formulam in ſolennibus dictorum verbis fuiſſe uſurpatam Plauti Pœnulus teſtatur:

BONVM FACTVM eſt, e
cta ut ſervetis mea.
Scortum exoletum ne quis in p
ſcenio
ſedeat, neve lictor verbum, a
virga mutiant,
neu deſignator præteriens obam
bulet,
neu ſeſſum ducat, dum hiſtrio
ſcena ſiet &c.
Hæc quæ ſunt imperata, pro im
perio hiſtrico.
BONVM HERCLE FACTVM
pro ſe quiſq; meminerit.

Idem indicat Tertullianus: edictum, cui abſcribi debea BONUM FACTUM. Aucto Libri de viris illuſtribus: QUA BONUM FACTUM, in Capito liu

llum eamus,&Diis ſupplicemus.

Ut autem, BONUM FACTUM, erat ſenatus conſultorum & edictorum formula: ita cum alicui aliquid conceſſiſſent, precantes, ut benè id cederet, dicebant, BONUM CONCESSUM: cùm dediſſent verò; BONUM DATUM. Utramque formulam apud Valeriū Probū de notis deprehendes. NEMO ILLITERATUS. Quid enim ruditate, imperitia & obtuſitate ingenii turpius? quid minus congruum, quàm eum, cujus, ut loquitur Euſtrathius, νȣ̃ς τῷ γινώσκειν μιμεῖται τὸν τȣ̃ παντὸς ποιητὴν, h. e. mens cognoſcendo imitatur rerum omnium creatorem, cum iis ſociari, qui vel ὁμωνύμως ſunt homines, vel beluis non ſunt abſimiles, ſed proximè ad eas accedunt?

Iohan. Meurſii parr. 2. Crit. c. 5.

Perottus.

Averroes, Boethius, Albertus M.

P. Quas tu mihi beluas fingis? an hominibus illiteratis auferes rationem, & in beſtias eos trans-

formabis? Inauditum hoc eſſ
tum.

Th.Imò verò antiquum: quo
ex verbis Alexandri Aphrodiſ
percipies:
ἐσμὲν δὲ ἄνθρωποι μάλιστα, κα
ἃ διαφέρομεν τῶν ἄλλων ζώ
ἁπάντων· ταῦτα δὲ ἦν ἐπιστήμη κ
ἀλήθεια· h. e. Secundum id max
mè homines ſumus, quo max
mè ab aliis animalibus differ
mus: ea autem ſunt ſcientia
veritas. Quibus paria propè hab
Jamblichus. apud Jamblichum Pythagoras
qui homines dixit ſolùm inſtitu
tione & ſcientia à beſtiis diſtar
Quod ſi adoleſcentuli perpend
rent, diligentius veterum bon
rumque literarum quæſita pe
ſcrutarentur.

Ph. Quî poſſunt miſeri?

Sint Mecœnates, non deërunt
Flacce, Marones.

Sæpè ſumma ingenia in occul
to latent; quę, ſi favorabilis Patro
norum aura afflaret, ſuaviſſim
emergerent. Se

Sed----quando major avaritia Taubman.
pa uit ſinus ? omnia numi.
baſius iſte triparcus habet, vel habere laborat.

Nemo eſt, qui ad commiſerationem inducatur, ſi

----proximus ardet
Vcalegon:

nemo, qui egenti ſtudentium gregi ſubveniat. Conſtituta, à Majoribus noſtris pientisſimis, ſtudiorum ſubſidia, vel ad uſus ab aliquibus conferuntur profanos, vel ab iniquisſimis quibusdam diſpenſatoribus non niſi illis impertiuntur, qui durisſimo propè mancipatu, operam ipſis navant ſervilem, eroſos transſcribunt liturarios, numeroſam erudiunt prolem, famulam, multo culinæ, cubiculi, cellariæ uſu inſignem, domum ducunt.

Hi illorum mores, quos, fronte Perſius.
ſcilicet politos, conſtat, ob pietatis ſpeciem ſimulatæ,

 digi-

--digito monſtrari, & diciei: hic eſt
nobilis antiquo de ſtemmate progſatus; hic eſt
urbis totius civis meritiſſimus; hic eſt,
quo toto non eſt prudentio orbe, ſenator;
hic eſt Aſtrææ decus, hic Themidosq; miniſter;
hic incorruptus ſupremi myſta Jehovæ.

Th. Quis, Philomuſe, te conſtituit cenſorem? noſtrum non eſt Reip. nævis, qui omnium feriunt oculos, mederi. Quanquam pœnæ hoc ſatis eſt, quod civi immunifico, vulturio, turpilucri cupido, ſoleat cantari:

Quod habes, ne habeas: & illud, quod nunc non habes, habeas malum.

Ph. Iniquitas me, ut hanc literatorum calamitatem recenſerem & deplorarem, adegit. Tu leges interpretari perge.

Th. NE-

Th. NEMO INSULSUS.

Quidam enim, dum ſeria jocis temperare cupiunt, nec dignitatis ſuæ, nec in univerſum honeſtatis rationem habent: quibus eſt audiendus Macrobius. Macrob. l.1.Saturn. c.1.

Excogitemus alacritatem laſcivia carentem, & jocos veterum ac nobilium virorum edecumatos, ex multijugis libris, relatione mutua, proferamus. Hæc nobis ſit literata lætitia & docta cavillatio, vicem Planipedis & Sabulonis impudica & prætextata verba jacientis, ad pudorem ac modeſtiam verſus imitata. Hæc res & cura & ſtudio digna, veteribus viſa eſt. Cic.1.off. Cicero: Ludo & joco uti quidem licet, ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris, tùm cum gravibus ſeriiſque rebus ſatisfecerimus. Ipſum genus jocandi non profuſum nec immodeſtum, ſed ingenuum & facetum esſe debet. Hos carceres qui transgrediuntur, meritò ſcurræ

appellantur, ex voce Græcorum σκῶρ, quæ ſignificat ſtercus. Quia proferunt ex ore ſuo, tanquam ex cloaca, fœtidos & turpes jocos: propter quam verborum & jocandi turpitudinem, etiam Ariſtophanes dictus fuit σκωρομὸς κωμικὴ, matula comica, hoc eſt, homo impurus & obſcœnus.

Magir. in c. 8. lib. 4. Eth. Ariſt.

NEMO LOCUTULEIUS.

Sicut enim eorum, qui in Venerem ſunt proclives, ſemen ajunt eſſe ſterile; ita & garrulorum ſermo imperfectus eſt & inutilis: & ſicut in corpore ad malè affectas & dolore correptas partes feruntur atque vergunt, quæ ſunt in vicinia: ſic loquacium lingua, perpetua inflammatione laborans atque palpitatione, trahit & adducit ad ſe aliquid areanorum & abſconditorum. Ergò,

Plutarchus.

Scaliger.

Procul ah! procul à Philoſophis loquacitas,
ſchemataq; rotans nenia temporis voratrix!

NEMO

NEMO PARASITUS.

Qui omnis virtutis inimicus eſt,& quaſi clavum figit in oculo illius, cum quo ſermonem conſerit: adhæc auditorum aures obturat, ne audiant verum: quo quid poſſit eſſe pernicioſius, non facilè dixerim. Hoc ſiquidem genus hominum, omnia loquentium ad voluptatem, ad veritatem nihil. Verba oris ejus iniquitas & dolus; qui etiam errantibus amicis, ad ſubverſionem eorum ingeminat, euge! euge! Quos ut pleniùs noveris, generationem apud Comicum vide, & quid de ſe fateantur, auſculta:

Negat quis, nego; ait, ajo: denique imperavi egomet mihi omnia asſentari:

tota enim Gnathonicorum factio Comœdia eſt.

---Rides, majore cachinno
concutitur; flet, ſi lacrymas conſpexit amici.

Nec dolet, igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
accipit endromidem: ſi dixeris æſtuo, ſudat.

Unde Umbricius inquit:

Non ſumus ergò pares, melior qui ſemper & omni
nocte dieq; poteſt abenum ſumere vultum;
à facie jactare manus, laudare paratus,
ſi benè ructavit, aut ſi quid fecit amicus,
quod proferre palam non poſſit lingua modeſtè.

Saresberienſis l. 3. de nugis Curialium c. 4.

Quomodò graphicè haſce muſcas deſcribit Saresberienſis. Et venuſtisſimè quidam alius: Si bibendum edendumque nihil, Tithymallum aut Philippidem te videre puta. Si aqua bibenda, rana ſum: ſit thymum rodendum, aut olus quodpiam, eruca: ſi non lavandum, ſqualor: ſi hyeme degendum ſub dio, merula: ſi tolerandus æſtus, ac meridie con-

ſabulandum, cicadæ: ſi nec inungendum, nec adſpiciendum oleum, pulvis: ſi excalceato prodeundum diluculo, grus: ſi parum dormiendum, noctua.

NEMO VORAX,
NEMO BIBAX.

Qui, ſub auctoramento ventris, inter contumelias ſaginandi, victitet; tali deditus amaſiæ, Tertull. c. 39. Apol.

----quæ dedita ſemper
corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
membraq; Circæis effœminat acriùs herbis:
blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior ulla
interiùs, fucata genas, & amicta doloſis
illecebris, torvos auro circumlinit hydros.

Ph. Hujusmodi tamen compotationes, à multis non inutiles, ad conciliandos amicos, perhibentur occaſiones.

Th. Nec ad amicos tantùm,

Digitized by Google

ſed fratres etiam: verùm madidos & non niſi ſympoſiacos: quos, cum ratione inſanientes, egregiè deſcribit Heiderus: primus inquit: ego vocor Johannes Leporinus: faciam, quæ tibi grata fore cognovero; quæ moleſta, ſtudiosè vitabo. Reſpondet alter: mihi nomen eſt Andreæ Bovillo; quicquid polliceris, & ego polliceor, quicquid præſtiteris, præſtabo. Mox dextra dextræ jungitur: expediuntur ligulæ, quæ utriusque manicis inducuntur, &, quaſi præſente feciali, amicitia coitur, quæ multò ſincerior & firmior, ſi Diis placet, quàm quæ Pyladæ quondam & Oreſti interceſſit. Tùm verò poculis capaciſſimis quaſi ferruminatur ſacroſanctum hoc fœdus, ut diſſilire nunquam poſſe videatur. Vix ſemihorulæ ſpatium elabitur, ſi minima detur offenſioni occaſio, fratres illi συναποθνήσκοντες ira & furore

Heiderus in hypoth. poſi Scholaſtici boni & mali.

Digitized by Google

furore perciti, cantharis, pugnis & mutuis inter ſe colaphis egregiè decertant, neque rarò ſaucii & debiles, ſuis cum ligulis, aufugere coguntur. Et hoc ſcilicet eſt illud Chilonis præceptum; qui, ut ames tanquam oſurus, jubeat.

Audias hic cantilenam lepidiſſimam:

Si diligis me gnaviter,
parere ſi vis ſuaviter,
ſi me cupis fraterculum,
exhauries hoc poculum.

Hui! perge, fundum cernimus:
jam verte vitrum protinus,
Hic dignus eſt, ſodalibus
qui charus ac æqualibus.

Amate, fratres, optimum
noſtrum bibonem, ſedulum
potûs magiſtrum, munera
afferte ſplendidiſſima.

Fraternitatis Symbolum,
en! hoc ligamen ſericum:
ligabis illud brachio,

liquore

liquore tinges Bacchico.
Te quiſquis unquam læſerit;
iſthac manu periverit:
te jugiter defendero,
tuusq́; totus manſero.
Sed firmioris vinculi
hoc gratiâ nos ſinguli
exſorbeamus hoſpites,
ſervabit id nos ſoſpites.
Dulces ſonos adjungite;
guttur priùs ſed ungite:
cantate, quicquid mollibus
non diſplicebit auribus.
Sed vos, mei NOVITII,
quid ſtatis iſthic frigidi?
boate cum ſtudentibus,
aut flebitis cum flentibus.
Sic, ſic Olympo vivitur!
Sic, ſic ad aſtra curritur!
vivamus, optatisſimi!
bibamus, o fortisſimi!
Iſthæc dies ſit aureis
inſcripta cœlo literis,
qua, tot viri gravisſimi,
potavimus lætisſimi.

Ph. Qui-

Ph. Quinam miſeri NOVITII, quibus

- præſentem intentant omnia mortem?

Th. Quaſi neſcias, tot olim cruciatibus edoctus? Vocantur aliàs innocentes, pennales ſive pœnales, nominibus ex rerum natura averruncandis: quos, cùm in nonnullas primùm adventant Academias, ſæpè veteratores haud mitiùs excipiunt, quã lupus agnum, feles murem, accipiter columbam: quando illa quæ mater paupercula, noctes & dies colum vertendo, ſalem & aquam lingendo, ſuum genium defraudando, ægrè comparſit, ut filio, familiæ ſpei, ſit, quo famem & frigus propulſet, extorquent, &, unâ commeſſatione ſcurrili, deglutiunt.

Ph. Nolim hiſce te immorari, quæ vulnera mihi refricant antiqua. Tu Luna mundi alter ocule, tu Lunæ conditor, Deus, vidiſti,

ſti, graviora me paſſum, quàm poſſim recenſere!

NEMO EXPLORATOR.

Nam Percontatorem fugio, quia garrulus idem eſt.

NEMO EXPILATOR.

Quidam enim noſtra perreptant muſea, de quibus rectè dixeris: non fuit Autolyci tam piceata manus: qui malè ſecum agi autumant, niſi vel ſcapellum ſublegant, vel libellum. Plenè cruoris hirudines cutem mittunt, & ſaturæ id, cui adhæſerunt, corpus relinquunt: hi, ne ſaturati quidem, diſcedunt: ſed, tanquam herpes exedens, & corpus ad oſſa usque depaſcens, prædæ, quam ſemel invaſerunt, quantiſper vel minimum eſt reliquum, quod capere valeant, adhærent.

Quiſtorp. Ter. Heaut. 4, 3. Plut. de facie lunæ refert, quendam metuiſſe, ne luna decideret, atque ideò vicem Aethiopum, qui ſub luna degunt, graviter fuiſſe miſeratum.

NEMO ANXIUS,

Qui metuunt, ne cœlum ruat; aut luna decidat.

Quos ita licet affari:

Quid

Quid vultis malè ominata tur- Scaliger.
ba?
quid vobis malè feriata vul-
tis?
curæ carnifices ſerenitatis, curæ
ſemina peſſimæ ſenectæ
Non vobis, legio ô maligna!

ἤδη καὶ φροντίδες συνεχεῖς, ἠμβλύναν τὸ τῆς διανοίας ὀξὺ, καὶ μολύβδου βαρύτερον τὸν πτηνὸν ἀπειργάσαντο. Chryſoſt. Solicitudinem aſſiduitates, aciem ingenii hebetant, & graviorem plumbo efficiunt, qui priùs ales videri poterat. Lapit (hoc eſt, obdureſacit, & lapidem facit) cor cura, ærumna corpus conficit, inquit Pacuvius: Nonius c. 1. n. 67. quod Græci nobis in κήδω, ſolicitus ſum, ſignificarunt, κήδω enim Etymologicum magnum ab ἔδω deducit: κατεσθίουσι γὰρ τρόπον τινὰ ἑαυτοὺς, οἱ μεριμνῶντες· Nam ſoliciti, curis quodammodo ſe ipſos depaſcunt. Unde & μελεδώνη anxietas, παρὰ τὸ τὰ μέλη ἔδειν,

quod

quod membra adedat. Ergò

Manilius. *Solvite mortales animos, curasq́; levate,*
totq́; ſupervacuis vitam deplete querelis:
fata regunt orbem: certa ſtant omnia lege.

Horat. *Non ſemper idem floribus eſt honos*
vernis: neq́; uno luna rubens nitet
vultu. Quid æternis minorem conſiliis animum fatigas?

Agell. ex Cn. Matio. *----- edulcare convenit vitam,*
curasq́; acerbas ſenſibus gubernare.

NEMO RIXOSUS.

Multi namque animo videntur accedere confabulandi, colloquendi, eruditos conferendi ſermones: à quibus ſi vel tantillum abeas, fœdam ſibi maculam inuſtam arbitrantur,

perſ. Sat. 3. *Et face ſuppoſita ferveſcit ſanguis, & ira*

ſcin-

ſcintillant oculi: dicunt faciuntq́ꝫ, quod ipſe
non ſani eſſe hominis, non ſanus juret Oreſtes:
clamant, Arcadiæ pecuaria rudere dicas.

Quaſi verò contradicere ſit, calumniari; & adverſario aut opponenti iraſci, ſit argumenta ſolvere, aut falſitatem eorum detegere, nec inſcitiæ potiùs ſibi velum conquirere. Ut imbellium hominum eſt, pro telo convicium librare: ita certum ignorantiæ & malæ cauſæ ſignum, ſi non argumentis & demonſtrationibus, ſed affectu & inſectationibus ac declamationibus, litem quis cupiat decidere. Horn. in præc. diſp. c. 10.

Non quidem ullos mihi dixeris amicos, quin acriùs aliquando & vehementiùs contenderint: connitendum tamen cum Pythagoreis, ut ante ſolis occaſum, dextris mutuò datis, & ſalutatione facta, gratiam redintegremus.

Con-

Plutarch. de ami.frat. Concinnè Plutarchus: Athenienſes quanquam fabulam de Deorum contentione abſurde finxerunt, inſeruerunt tamen iſtius abſurdidatis correctionem minimè ineptam: ſecundam enim diem menſis Boedromionis ſemper eximunt; quod ea fuerit Neptuno cum Minerva contentio. Quid ergò obſtat, quò minus & nos aliquando cum domeſticis cognatiſque altercati, iſtam diem oblivioni conſecrémus, ac pro atra cenſeamus? niſi ſi malumus multorum ac lætorum dierum, quibus unà educati ſumus & viximus, memoriam abiicere.

Ph. Faxit Omnipotens, ut gratiam nunquam redintegremus; nunquam amicitiam reſcindamus.

Expecto jam præconis vocem, ILICET, qua hoc concilium dimittatur.

Th. Hui! tam citò, concilium duorum!

Ph.

Ph. Monet me Heſperus; clamor monet vigilum; monent advorſitores, cum cereis diſcurrentes.

Th. Quos dicis advorſitores?

Ph. Quos deſcribit Plautus, quos Terentius Ille.

Nam nunc domi noſtræ tot peſſimi vivunt peculi ſui prodigi, plagigeruli: ubi advorſum ut eant, vocantur hero. Moſtell. 4,1.

Hic:

---- *non rediit hac nocte à cœna Aeſchinus?* Adelph. 1,1

neq; ſervolorum quisquam, qui advorſum ierant!

Ubi Donatus ait; Terentium, περιφράσει quadam innuiſſe: advorſitores; hoc eſt, ſervulos, qui heris obviam eunt, eosque deducunt & reducunt.

Th. Dimittam: ſi hanc emiſtem Somno libaverimus.

Ph. Emiſtem? quam nec Calepinus, nec Faber, nec Martinius me docuerit?

Th.

Th. Docuerit autem Iſidorus. Emiſtis ſpecies poculi, qua ductim, id eſt, uno ſpiritu bibitur.

Ph. Itane, circa finem, vino me affatim infuſo inebriem?

Th. Itane tu, toto devorato bove, in cauda deficies abſumenda? ne tergiverſare, hoccine potu proſternaris;

Ph. Parui. Cœna me mactum liberali & ſalutari, arctiſſimè tibi obligaſti: cras ſi ad me promitteres, per mihi gratum faceres: etſi pariare non poſſum.

Th. Cras aliò promiſi: habeo gratiam. Pariare autem tuum non capio.

Ph. Ulpiano eſt, paria facere; quod tùm fit, cùm expenſi rationes cum accepti rationibus quadrant, pareſque ſunt. Quæſo cras apud me ſis, ad alium renuncies.

Th. De craſtino cras videbimus.

Ph. Interim vale, Optimè.

Th. Optimè. IN-

INDEX AUCTORUM.

A.
Achæus.
Aelianus.
Agellius. (pe.
Alanus de Ru-
Albertus M.
Alex. Aphrod.
Ambroſius.
Appulejus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Arnobius.
Arumæus.
Athanaſius.
Athenæus.
Averroes.
Auguſtinus.
Auſonius.
B.
Baronius.
Barthius.
Baſilius.
Bellarminus.
Betulejus.
Beza.
Biblia.
Boethius.
Briſſonius.
Buxtorfius.
C.
Cadamuſtus.
Calixtus.
Camerarius.
Campianus.
Carolus.
Caſſius.
Catullus.
Chryſoſtomus.
Chryſologus.
Chytræus.
Cicero.
Cimmelenſis.
Clemens Alex.
Corpus J.C.
Corvinus.
Curtius.
Cyprianus.
D.
Dioſcorides.
Donatus.
Druſius.
E.

H Eraſ-

Eraſmus.
Euripides.
Euſtrathius.

F.

Fabritius.
Feſtus.
Ficinus.
Flacius.
Frantzius.

G.

Galenus.
Gerhardus.
Goldaſtus.
Gruterus.

H.

Hegenitius.
Heiderus.
Heinſius.
Heraldus.
Herodotus.
Hieronymus.
Horatius.
Hornejus.

I.

Jamblichus.
R. S. Jarchi.
Joſephus.
Irenæus.
Iſidorus.
Juſtinus.

K.

R. D. Kimchi.
Kempiſius.

L.

Lactantius.
Lippius.
Lipſius.
Lubinus.
Lucretius.
Lutherus.

M.

Macarius.
Macrobius.
Magius.
Magirus.
Manilius.
Manutius.
Martialis.
Martinius.
Meurſius.
Minucius Felix.
Modius.

Mure-

AUCTORUM.

Muretus.

N.

Navarrus.
Nazianzenus.
Nemeſianus.
Nonius.

O.

R.Onkelos.
Oſorius.

P.

Palingenius.
Paulinus.
Periſterus.
Perottus.
Perſius.
Piccartus.
Pineda.
Plato.
Plautus.
Plinius uterq;.
Plutarchus.
Politianus.
Val. Probus.
Propertius.
Pythagoras.

Q.

Quinctilianus.
Quiſtorpius.

R.

C.Rhodiginus.

S.

Sadoletus.
Saresberienſis.
Scaliger uterque.
Scriverius.
Seneca uterque.
Diod.Siculus.
Spartianus.
Ach.Statius.
Stobæus.
Suetonius.
Suſius.

T.

Tacitus.
Taubmannus.
Terentius.
Tertullianus.
Tibullus.
Toletus.

Turnebus.
V.
Valer. Max.
Varro.
Vatablus.
VVeitzius.
Velſerus.
Vietor.
VVilkius.
Virgilius.
Vives.
Ulpianus.
VVolffrum.
Voſſius.
Z.
Zonaras.

INDEX RERUM ET VERBORUM

ΑΞΙΟΜΝΗΜΟΝΕΥΤΩΝ.

A.

Accuratio 119
Aceſiæ adhibere medicamentum 64
Advorſitores. 151
Agreſtia carmina 52
Amicorum paria novem. 93
Amici quandoq; acriùs contendunt 149
Ariſtophanes, σκωρομὶς κωμικὴ. 138
Aſtharte, idolum Sidoniorum. 46
Α'πέργμυ@. 36
Avarus. 135
AVE, forma ſalutationis matutinæ. 94
Auguſtus lactuca conſervatus. 103

B.BF.

B.

BF. Bonum Factum. 132
Bonum Conceſſum. ibid.
Bonum Datum ibid.
βȣ̃ς σοι ἐπὶ γλώσσῃ. 99

C.

Cacus. 108
Calamitates expertus. 68, 69
Calamitatem Stoici à DEO preca-bantur. 65
Campus. 1
Capillorum evulſio luctus index. 38
Caput tollere. 20 (24, 25.
Carcer ſive cippus ſupplicii genus
Carcini poemata. 51
Cerus. 106
Ceram auribus. 110
Ἐκ χελιδόνων μȣσεῖα. 53
Chriſtianus cum dolore congrediens pulcrum ſpectaculum eſt Deo. 79
Cibus ſuperfluus. 101
Cibus Apitiorum. 114
Coitus hominis cum jumento. 32
Comes exterior. 8
interior. ibid.
Converſationes vitandæ. 6

Contubernium, conjunctio hominis liberi cum ſerva. 44
Cras credam, non hodiè. 88

D.

Damnâs eſto. 97
Decollatio ſupplicium Iudæorum. 30
Dexter locus honoratior. 78
Dionyſius æquore immerſus. 105
Diſputatorium genus garrulum. 120
opinionum nundinatores. 121
Donativum. 22

E.

Ebriorum ratio. 124
Emiſtis ſpecies poculi. 152
Ἐπέκλεια· 126
Eraſmus totā Criticen abſolvit, ibid.
Eruca Veneris incendium. 103
q. urica dicta. ibid.

F.

Facere, ſacrificare. 86
Familiarum quendam Auguſtus dixit, à quo cœnanimis parca exceptus erat. 92
Flores. 2
Fortuna. 148
Funis ſitulam ſequitur. 53

G.

Gehenna à valle Gehinnom Molocho ſacr. 48
Genius quid? 129
Genium novelli ſponſi invocabant 130
γῆν πρὸ γῆς· 64
Grammatiſtæ in fœminas abeunt 94
mente vervecina. 51

H.

Ἡμερονύκτιον· 5
Homines illiterati ὁμωνύμως *ſunt homines.* 133
Hortus. 10
Hortenſis apparatus. 126
Hypocritæ. 114

I.

Immanis, non manus. 107
Iracundia. 149
Iudicium extremum. 90
Iurandi formula. 18
Iurand. form. Virorum. 94
Fœminarum. 95
Vtrorumq;. *ibid.*

K.

Κέρας βόλος· 36

Κνίδω ab ἔδω· 94
Κοινοφθαλμίζειν· 100
Κεστὴς φιλοτήσιος· 15

L.

Lactuca Venerem moratur. 103
Lactucâ abſtinebant novelli Sponſi. ibid.
conciliat ὄρεξιν· 101
benedictum olus. 92
à Lactuca auſpicabantur Veteres cœnam. 101
in Lactuca Adonis à Venere ſepultus. 105
Lactuca εὐνοῦχος· 103
Lactuca ſtatua erecta. 102
Lactucina Dea. ibid.
Lapidatio genus ſupplicii Iudæ: 31
Latus tegens. 8
Lararium. 110
Leges domeſticæ. 88
Legere poma, olera, nuces. 127
Leporis occurſus omen infelix. 88
Libare alterius ſaluti. 122
Lunus. 87
Luna à Silenis putabatur devorata ab aſino, cum lucere deſineret. 88

M.

M.

Magdeburgi Epitaphium. 59
Magiſtratus rem populi gerit. 82
Malitas. ibid.
Malum malum. 125
Malum Paulino vitam abſcidit. 128
Trojanis mortem induxit. 129
Ἐπὶ Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα. 63
Manuum pedumq; oſculatio cultus Deorum. 49, 50
Memento Ceri Mani. 106
Manus, bonus. 107
Μαγειρεύτης 36
Μελεδώνη περὶ τὸ ἔδειν τὰ μέλη 147
Menſa ſecunda. 126
Menſa pomorum. ibid.
Moleſtus es; ſurge. Dicter. Reg. Arab. annulo inciſum. 82
Molochus idolum Ammonitarum. 46
Septem Ejus honori ſacella extructa. 48
Mors. 20
Mors φοβερῶν φοβερώτατον. 39
Morti vicini à Proſerpina tonderi putabantur. ibid.

Ἀξιομνημονεύτων·
Mulier præviſa Draconis guttura. 110
Diaboli janua. 111
in Mulierem & ignem incidere æquale. ibid.
Μυρῶν λεῖα· 66

N.

Nigrum θῆτα præfigere. 43
Nox. 2
Nox εὐφρόνη· 12
Nox, laborum refrigerium. 5
Nunquam. 87
Numibaſius triparcus 135
Ἐν νυκτὶ βουλή· 11

O.

Oblectamenta ὀφθαλμῶν πανήγυρις· 12
Obtuſitas ingenii. 13
Ocliferium. 2
Officialis. 22
Officiorum nomina in abaco, clavis impactis, ſignabantur. ibid.
Eadem, clavis exemtis, delebantur. 23

P.

Pariare. 152
Pellices Davidis. 42

Pelli-

Pellices ſcorta. 43
Philautia. 27
Φῶς ἀγαθόν. 95
Piſciu n cibus, infamis. 113
ad Plures deferri. 52
Poculum Grammaticum. 105
coronatum. 119
vini veteris. 91
inundans. *ibid.*
rorans. *ibid.*
Poſteri majoribus pejores. 108
Poteſtas herilis. 97
Præſiſcini. 62
Precationis ante cœnam forma 99
poſt eandem. 124
Precationis formula Iuda: in elevando poculo. 119
Πελαθέντες, qui ſerra diſſecabantur. 89

Q.

Quæſere. 42

R.

Rationi non contrariatur fides 17
Relegati ſordidati incedebant. 41
Requies. 54

S.

Saccus veſtis lugubris 40
Sacrificare 86
Salomo converſus, fidelis obdormivit 46
Salve, formula ſalutationis matutinæ & veſpertinæ 94
Sanctitas ſimulata 115
Scientia non prodeſt ſolùm ad ſciendum. 73
S. Scriptura ψυχῆς τροφὴ *&c.* 16
Scriptores ſtolidi. 51
Scurra à σκὼρ *ſtercus* 138
Sedulitas. 3
Sermones epularum ſint jucundi: 120
non contentioſi. ibid.
Solitudo χρυσῦν πρᾶγμα· 11
illius Exempla 13 15
Stipendiorum diſpenſatores mali 135
Studiorum laxamentum. 3,4
Suppliciorum apud Iudæos 4. genera. 29
Suffocatio. ibid.
Suſpendium Iudæis infrequens. 33
Perſis familiare. 34
Superſtitio Germanorum 88

T.

Tibi-

Tibicen Arabum. 53

Tempus fluxum. 3

Triſtitas. 121

Τύμπανον *Genus ſupplicii, equuleus dictum.* 89

V.

Vara vibiam ſequitur. 53

Veſtium dilaceratio Iudæis & Ethnicis conſueta. 36

Veteres aviæ. 18

in Vindemiando ſchola clauſa, muſea, forum. 113

feſtiva lætitia. ibid.

Vini eclogia. 112

Vinum ignoto Conſule. ibid.

edentulum. 113

cibarium. ibid.

vetus-vetuſtum. ibid.

ὀδόντας ἔχον. ibid.

Virgo calx, virgo urbs 59

Vivicomburium, genus ſupplicii Iudæorum 30

Vovendi formula 121

Vulcano tradenda 51

Vulturius 136

EXPLICITVM EST.

Ne chartæ vacarent ſubſequentes: viſum eſt duo addere Elegidia Virorum Clariſſimorum doctiſſima, in obitum Ampliſſimi Dn. CHRISTOPHORI HOEFLICHII &c. ad me perſcripta; quibus meum, ceu purpuræ ſciſſum pannum, attexui. Tu vide MORTALITATEM: quam mecum penſita.

Perſius:

Quid ſumus? aut quidnam victuri gignimur? imus, imus præcipites!

In obitum V.C. & Ampliſsimi
Dn. Chriſtophori Hœflichii, Comitis Palatini
Caeſ. & Poetæ L.

Ad

Præſtantiſſimum Virum

Dn. Johannem Michaelem Dilherrum.

DIffluerem lacrimis tecum, Hœflichiique rapinam
Proſequerer tecum flebiliore ſonô;
Aptaremque comis taxum pro virgine lauru,
Velamenque humeri lugubre ſuſciperem:
Jan-Michael, Clarii primaria gloria plectri,
Et, quem vis animi fortior intus agit!
Utpote communi tecum heu! orbatus amico,
Reddere vix qualem ſæcla futura queunt.

Verùm

Verùm cum lâcrimæ nihil & ſuſpiria proſint,
Cum nihil adportet luctus amarus opis.
Quin Aram potius noſtro ſacramus Amico;
Laurorum obnupti frondibus ambo caput?
Inter & acceptas Arabô de cortice frondes,
Et Cilicum meſſem, cinnamáque & caſiam,
Et coſtum & ſtacten & olentis germen amomi,
Suave ſerenato pangimus ore melos?
Sic age, JAN MICHAEL! Manes deflentur & Umbræ:
Sed colitur composture meróque poli.

II.

FLore ævi in medió vitales deſeris auras
HŒFLICHI, honoratum deſeris atque locum;
Quem dederat virtus ac multa peritia rerum,

Junctus & ingenuâ cum pietate labor.
Te præiit REGINA, tui pars optima cordis,
Sandapilæque repens triſte ſubivit acer.
Dignus eras Pylii herois contingere vitam,
Si modò læta forent ſæcla minusque mala.
Nunc tibi Fata necem donant pro lumine vitæ;
Tempore, quo triſte eſt vivere, dulce mori.

III.

CHRISTOPHORE, ergo jaces non infima gloria quondã
Juridicæque togæ, Pieriique chori?
Oſſa tenet gremio tua Norimberga beatô:
Vivit at in ſcriptis vitaque lausque tuis.

In obitum uxoris ejusdem

Dn. Hœflichii, REGI-
NÆ, feminæ primariæ.

ERgo tui *Regina* jacet pars maxima cordis,
Chriſtophore, atque animâ corpus inane jacet?
Ergo jacet *Regina*, in quâ ſua regna tenebant
Cum Virtute Fides, cum Pietate pudor?
Ima tuus tetigit mihi cordis viſcera mæror,
Frigidior Scythicô mens mihi facta gelu eſt.
Quidnam age te fiet, trepidæ quantô igne medullæ
Paſcentur? fibras quantus amaror edet?
Sed quid? Ut herba oritur moriturque repente, nitentes
Flora ubi vernali tempore veſtit agros:
Sic vitam tenues properè exſpiramus in auras;

Digitized by Google

Et modò qui floret, mox miſer aret homo.
Lampada ſic, tenui Pallas quam nutrit olivô,
Extinguit tremuli bucca ſoluta Noti.
Chriſtophore obdura, nimium nec cede dolori:
Coſta tua ô quantis adfluit illa bonis!
Illa agit æternas, cælo plaudente, choréas;
Nec metuit colubros, ſæva Megæra, tuos.
Illa dolorum expers mala nulla, nec aſpera ſentit;
Calcat & ætheriis atria digna choris.
Huc âge tendamus, metam & properemus ad illam.
Quid quæſo eſt mundus, quàm mera Lerna mali?

M. Ioh. Weitzius P. L. Caſ.

II.

HOeſlichium, *Lacheſis qui fa- ctus victima, lugent*

Ardalides , Phœbus, Norica-
berga , Themis:
*Et meritò lugent, illô nam ſoſpite ſo-
ſpes*
*Divarum, hæc ſemper pulcra qua-
driga fuit:*
Nos, quibus Ardalides, Phœbus,
Noriberga, Themisque
*Sunt cordi, Charitum quos trias
alma juvat.*
*Nos quoq; dico, decet teſtamina pu-
blica luctus.*
*Edere, & immodicas diffluere in
lacrumas:*
Ardalides *etenim Clario qui impul-
ſus ab æſtro*
A primis annis ambiit, ille fuit.
Inſtar fratris enim voluit quem Phœ-
bus *habere,*
Vi labefactatus torminis ille ruit:
Conſiliis etenim cujus Noriberga
tumebat,
Illius os mutum mutaq; lingua
taeet:
Quo Themis *uno etenim ſtetit usq;
innixa Patrono,*

Totus

Totus hic eſt excors, exanimisq́ue jacet,
At quid flere juvat nimium, gemitusq́ue ciere:
Quid juvat immodicas diffluere in lacrumas?
Jupiter *aſtripotens, immenſo robore pollens*
Adjunxit ſuperis quem ſemel, ille manet:
Huc lacrumas huc & gemitus conferre neceſſe eſt,
Hæc ſpes eſt nobis una relicta ſuper:
Jupiter *ut noſtram ſortem miſeratus iniquam*
Hœflichio *ſimilem det citò Maſagetham:*
Sub quo iterum augeſcant: cantet: lætetur: ametur:
Ardalides: Phœbus: Noricaberga: Themis.

Pia mœſticia teſtificandæ ergo f.
Erneſtus Stida Erfurt. Patriæ Senat. & Poeta L. Cæſ.

III.

Ad Clariſſimum

Dn. M. JOHANNEM WEITZIUM, P. L. Cæſ.

Philologum inſignem.

N Ec tenues elegos tecum, nec acerbus Iambos
Concinnare dolor me, Vir amande, ſinit.
Melpomene fugit hinc, fugit hinc quæcunque Poetis
Diva favet, procul hinc mœſtus Apollo fugit.
Noſter amor Weitzi, quis atrocia monſtra doloris?
Quis portenta ferat? quis necis auſa ferat?
Hæſlichius medio creſcentis flore decoris
Abripietur? erit vermibus ille cibus?

Hæſli-

Hœflichius Themidis laus, Aſtrææque nitela?
Hœflichius Clarii clara corona chori?
Lingua ſilet, riget ah! mea dextra ſtupetque mihi mens;
Liquuntur lacrymis lumina lugubribus.
Undique currite rivi: currat amarus utroque
Ex oculo fluvius: tota medulla fluat.
Undiſono ſtillet lacerus mihi ſanguine vultus:
Deſerat algida mi vividus oſſa calor.
Sed tamen urget amor, priùs addere verba ſuprema;
Hœflichio tantùm dicere pauca meo.
Ergo ſepulcrali tumulo procumbimus ambo:
Et, quia *Stida* placet, tertius ipſus erit.
Vive Dei cultor ſanctiſſime, vive ſereni:

Incola,

Incola, cujus erat ſpes tibi firma, poli.
Vive valeq́;. Deus citò nos tibi jungat, ut inter
Angelicos, nobis ſit nova vita, greges.

Johannes Michael
Dilherr.

FINIS.

Pſalmi LI.

METRICA PA-
RAPHRASIS, AD FON-
TEM COLLATA
HEBRÆUM,
ET NOTIS PHI-
LOLOGICIS IL-
LUSTRATA

à

JOHANNE MICHAE-
LE DILHERRO,

Ad

Virum Ampliſſimum
Dn. CASPAREM FACIUM,
Conſil. Saxo-Altenb.

Deliciæ meæ, Verbum tuum,
Domine.

NORIMBERGÆ, Sumtibus Joannis Tauberi, ANNO 1661.

[library stamp, partly legible: ...EMANUELE ... BIBL... ROMA]

Πάντα καλῶς.

IN mentem tibi revocabis, Faci Ampliſſime, de quo ſermonem pronuper ſociaverimus jucundiſſimum; cum eſſet, quod laudatiſſimum veſtrũ Heroem, Illuſtriſſimum Saxoniæ Principem, JOHANNEM PHILIPPUM &c. orarem, & veſtro auſpicio, Magnifici Dn. Cancellarii opera, tuaque contentione, exorarem. Pſalmum quinquageſimum primum, quem quartũ vocant Theologi pœnitentialem, perlegebamus, & ex omni parte, non populari quadam trutina, ſed aurificis ſtatera examinabamus. Tu paraphraſin mihi tuam oſtendebas:

debas: ego & metrum & mentem demirabar; illud terſisſimum, hanc clarisſimam; & à ſanctisſimi Prophetæ ſcopo non aberrantem. Volebas & meam pervidere, quam tùm promiſi, jam nũc exhibeo, & ut moram, quæ intercesſit, compenſem, notis breviculis locupletatam. Si cum tua Helena contenderis; pithecium videbitur & ſpinturniciũ. Sed non dubito, quin, propter parentem, deformes etiam haſce filiolas, ardenti ſis amori proſecuturus, &, ſi nihil aliud, pium certè conatum non improbaturus. Forſan ad Vos, quibus ferè animam debeo, pulcriores mittam DIE ALIO. Vale, Faci Amplis-

pliſſime,& fac,ut facem t
in me affectus ſubinde m
gis magisque videam luc
re. Iterum vale. Jenæ XI
Cal. Decembr. M D
X X X I.

A. T.

devotus

Johannes Micha
Dilherr.

Pſalmi LI.

Paraphraſis Metrica.

FOrtis A Iova, manus quem
non ſuperaverit ulla,
ſed cohibere precum vis,
B & calor entheus unus
Quiverit, occluſum tremulo reclu-
de favorem:
latasq; pande fores patriæ bonita-
tis, C aperti
qua numero Pelagi minimas exce-
dit D arenas.
Viſcera E vertantur tua non va-
riantis amoris,
&, ſi proſtratum tueare, miſerta
liqueſcant,
Elue F peccati G gravidas è pe-
ctore ſordes;
hanc immundiciem H purga I no-
viterq; repurga:
ut maculæ purus K renovata
mente niteſcam:
Non occulto meæ vigilantia M
crimina culpæ,

ſed, cui totius patet N *integer ambitus orbis,*
detego O *ſponte tibi: ſic me jubet anxius horror*
cordis, & obverſans P *oculis mala labis imago,*
quæ terrore ſuo me nocte dieq; fatigat.
Non equidem pudibunda patent delicta cuivis,
ſed fortasſe queant aciem vitare ſagacem
judicis humani: non te Q *tamen illa valebunt*
fallere, qui ſolus penetralia perſpicis ima,
accuſasq; nefas & fœda piacula ſolus R
O *etiam ſolus veniam largire, fatenti*
fumoſas ſcelerum nebulas atrasq; paludes:
conſtet ut æternum vigor, & quoq; robur ahenum
pollicitis; quibus haud ſua facta negantibus offers

propi-

propitius veniæ ſperata levamina promta: S
ut tua judicii celebretur regula juſti,
qui timidis parcas, tumidosq́; furore retundas.
Ipſa quidem mater cùm me rude pondus haberet, T
cùm mea vix primo cepiſſet corpora fotu; V
jam labefactatæ carnis mihi virus adhæſit:
nec tamen inde nocet morbi me ſarcina. Namq́;
delicium ſolet eſſe tuum miſereſcere faſſis,
ac iterùm blandis feſſos amplectier ulnis.
Non hæc arcani myſteria X *dulcia verbi*
cognita ſunt cœcæ carni, ſed ſpiritus intùs Y
illa docet, cæli reſeratâ deſuper aulâ.
Erades ergò vitiorum turpe venenum,

hyſſopi Z madidaq; laves aſpergine frondis:
qua ſubitò cedet ſcelerati corporis ator,
& non calcata nive ſplendidiora micabunt
membra, mihi ſacro pulcrè mandata lavacro. 1.
Si nova lætitiæ mihi nuncia 2. miſeris; oſſa
trita reviviſcent, vegeto recreata calore.
Ne crebros lapſus oculis tuearis 3. acutis,
ſed magè projicias in abyſſos aquoris omnes:
ut ſubmergantur ſuffocenturq; profundo.
Aufer 4. inexcultum mihi cor, cultumq; refinge,
quod tuus æthèrio verbi moderamine flectat
Spiritus, 5. atq; tuo totum me conſecret uſui.
Ah! ne poſt faciem, mitisſime Iova, repelle 6.

me

me deſertorem conceſſi luminis! ah! ne
iratus tepido cæleſtem deme calorem. 7.
Tranquillis repara placidisſima gaudia fibris: 8.
erigat 9. *abjectum ſolaminis auctor ab alto,*
ac agat in recti callem meriteq́ ſequentem:
ut tua ſeducti 10. *redeant ad limina templi,*
me duce, nec frangant ultrà retinacula legum.
Erue me cadis, Deus, ô Deus, une ſalutis
ancora, 11. *præſidium noſtrum prædulce, reatu:* 12.
juſtitiamq́ tuam cupidè mea lingua ſonabit.
Ipſe viam vocis mihi pande, 13. *reſolve labella,*
ſint ut inexhauſtæ clarisſima buccina 14. *laudis.*
Non etenim capiat 15. *vitulus te cæſus ad aram,*

ſponte ſuccenſi delectet thuris acerra, 16.
qua mea dextra tibi repleta pararet abundè.
Hac tibi ſacra placent: humilis contritio mentis, 17.
ſpiritus attonitus, ſua cor peccata peroſum:
quæ celer admoveam templo, ſint farre litemq́;
Pro placito 18. *bonitatis, & igneſcentis amoris,*
reſpice ſacratæ civesq́; domosq́; Sionis; 19.
induc pinnatis Solymorum mœnibus urbem:
te veneraturas ex orbe recollige gentes: 20.
tunc holocauſta tibi, tunc ſacra ferentur opima; 21.
tunc madeat poſitum crebris altare juvencis.

Notæ Philologicæ.

A

Expreſſimus Hebræum אֱלֹהִים *Elohim* fortes, à ſingulari אֱלוֹהַּ Eloah, quod ab אֵל El, potens. Quamvis autem in numero ponatur multitudinis: ſemper tamen & ubique, ſi de vero & æterno Deo dicitur, eſt ſingulare: quod dicunt pluralitatem ſignificare perſonarum, & eſſentiæ unitatem.

Lombardus. l. 1. Sent. diſt. 2. l. f. *Pro eo, quod apud nos Deus dicitur: Hebraica veritas habet: heloym: quod eſt plurale hujus ſingularis, quod eſt, hel. Quod igitur non eſt dictum, hel, quod eſt Deus, ſed heloym; quod interpretari poteſt, Dii, ſive judices: ad pluralitatem perſonarum refertur.*

In quibus verbis notamus duo; I. falli bonum *Lombardum* qui אֱלֹהִים Elohim, vel, ut ipſe

ſcribit, heloym, τὸ א aleph per aſpirationem h, & י Hhireck magnum, per y exprimens, à ſingulari אֵל El, vel hel, deducat. II. interpretari: paſſive uſurpari; quod novum non eſt. Diſcimus enim ex *Priſciano*; multa olim paſſiva fuiſſe communia: qualia, recenſente Lancilotto, ſunt: *adminiculor, auguror, adipiſcor, abominor, conſequor, adorior, utor, abutor, admiror, teſtor, aſpernor, architector, adſector, argumentor, reor, vereor, arbitror, ſolor, conſolor, compiſcor, depiſcor, machinor, polliceor, conteſtor, tutor, vador, velificor, confiteor, tueor, ſtipulor, comminiſcor, calumnior, carnificor, demolior, dominor, depeculor, ementior, exordior, fruſtror, for, meditor, obliviſcor, metor, adulor, teſtor, deteſtor, auxilior, execror, blandior, nutricor*, lib. 6. c. 28. Quibus addendum, interpretor: quod ſexcenties in Patrum ſcriptis paſſivè occurrit.

B. Ora-

B. Oratio enim vincit invincibilem. *Coimus in cœtum*, inquit *Tertullianus*, *& congregationem: ut ad Deum, quaſi manu facta, ambiamus orantes.* HAEC VIS DEO GRATA EST. Apologet. contra gentes. c. 39.

C Hebr. חָנֵּנִי honneni, miſerere mei; radicis חָנַן hhanan, recepit in gratiam, gratia proſecutus fuit, ex gratia donavit, beneficium gratuitò præſtitit. Auſpicatur David orationem ſuam, quemadmodum peccatores alii. Matth. 20, 30. clamant cœci duo: ἐλέησον ἡμᾶς, κύριε, υἱὸς Δαβίδ, *miſerere noſtri, Domine, fili David.* Matth. 15, 22. mulier Cananæa: ἐλέησόν με, κύριε, υἱὲ Δαβίδ, *miſerere mei, Domine, fili David.*

D Vulgata habet: *ſecundem magnam miſericordiam tuam. Magnam*: neque Hebræus habet,

neque Chaldæus, neque Græci; *Aquila*, *Symmachus*: agnoſcunt verò LXX. & *Theodotio*: ἐλέησόν με, ὁ Θεὸς, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, *miſerere mei, Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam.*

Magna certè eſt, in omni genere quantitatis, ſcilicet in continuo & diſcreto. Haymo.

E. Vulgata: ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.

In Hebræo duæ ſunt voces: חֶסֶד hheſed & רַחֲמִים rehhem ἐμφάσεως maximæ. Prior, hheſed, notat *στοργὴν*, hoc eſt, affectum efficaciſſimum & vividiſſimum, quo parentes naturaliter tanguntur erga liberos, & viciſſim hi erga illos; quo frater erga fratrem, amicus erga amicum afficitur. Poſterior, rehhem, adhuc ferventiorem, concitatiorem, & viſceralem quaſi miſericordiæ actum, cum viſcerum commotione, cum quodam dolore, eorum, quibus

benè

benè eſſe cupimus. רַחֲמִים *rahhamim* enim ſunt viſcera. Apoſtoli utcunque emphaſin hujus vocis expreſſerunt Græco verbo σπλαγχνίζεσθαι, & nominibus, σπλάγχνα ἐλέυς· quia viderunt, appellationem derivatam eſſe à voce רֶחֶם *rehhem*, quæ matricem ſeu uterum ſignificat, & ſedes eſt, in qua motus omnium affectuum mirificisſimi ſentiuntur.

Scholiaſtes MS: τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου νικήσει τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν μου, *multitudo miſerationum tuarum; vincet multitudinem peccatorum meorum.*

Hebr. מְחֵה *mehhe*, dele: à rad: מָחָה *mahha*, terſit, deterſit, abſterſit, abluit aqua, delevit, raſit, abraſit, eraſit, amovit loco, ne planè ampliùs appareat; Orat igitur, ut peccatum, quod in tabula cordis ſcriptum ſtylo ferreo & ſcalpro lapideo,

Jer,

Jer.17,1.abradatur, & chirographum mortis, velut in æs inciſum,amoveatur.

G Hebr. פְּשָׁעִים *Peſchagim*: quod *Rabbi David Kimchi* in Pſalm.24.docet, ſignificare ſcelera, defectiones, rebelliones, quando quis ſciens prudensque peccat, & non ex imperfecta ſcientia;quæ ſignificatur per vocem חַטָּאָה *hhataah*; ſed addito contemtu, vel perfidia vel ſeditione.

Tria apud Hebræos ſunt vocabula penèSynonyma,quæ peccatum denotant: quæ ita quidam diſtinguunt: פֶּשַׁע *peſchag*, notat delicta externa, commiſſionis & omiſſionis; חַטָּאָה *hhataah* verò interna, pravas illas cupiditates & inclinationes, à verbo DEI abberrantes; עָוֺן *avon*,denique peccatum originale, & Metonymicè ejus pœnam. Alibi præſertim in Levitico, ſignificat

etiam ſacrificium, quo peccatum expiatur, ſeu expiationem peccati. Id quod *Paulus*, cum de Chriſto, victima mundi loquitur, itidem vocat *ἁμαρτίαν*, peccatum. Rom. 8, 3. 2. Cor. 5, 21. *Scheræus*, in Itinerario Pſalmi.

Quanquam reticere non debemus, quæ B. noſter *Chemnitius*. Theol. meritisſimus, tradit, qui per vocem חַטָּאָה *hhataah*, peccatum originale, per עָוֹן *avon* & פֶּשַׁע *Peſchag*, actuale notari putat, additque: differentias harum appellationum, non ſemper in ſcriptura ita obſervari; ſed quandoque unam pro altera poni: ut ſignificetur, coram judicio Dei omnia peccata, niſi facta fuerit remisſio, rea esſe æternæ damnationis. *part. 2. Loc. p. 231.* Inter vocabula Latina, quæ hîc in Vulgata leguntur, *peccata & iniquitates*, ita diſtinguit *Caſſio-*

ſiodor: iniquitates vocantur, quæ ante ſuſceptam fidem, ſive per ignorantiam, ſive per ſcientiam committuntur: peccata, quæ poſt cognitionem fidei, vel poſt gratiam baptiſmatis contrahuntur. Sed nullo hæc aliàs diſcrimine aguntur.

H Vulg. *iniquitatem*, Hebr. עָוֺן *avon*, quod vidimus.

I Vulg. *amplius lava me*, Hebr. הֶרֶבה כַּבְּסֵנִי *herebb cabbeſeni*. i. *multiplica lavare me*; *Hieron. multum lava me*: *Caſſiodorus*: *uſquequaq; lava me*; *Fulgentius*: *magis magisq; lava me*: *Munſterus*: *multiplica, ſcilicet pietatem tuam circa me, & lava me*: כַּבֵּס *Cabbes*, quod Vulg. expoſuit, *lava*, eſt proprie: ſordes altè inſitas, vel tenaciſſimè hærentes, fullonum inſtar, eluere & candidare velis.

K Ut in aurea Horatii ode 23. *Integer vitæ ſceleriſq; purus &c.*

L Vulg: munda me. Hebr: טַהֲרֵנִי *tahareni* à rad: טָהֵר *taher*;

ita

ita mundus fuit à ſordibus, ut pulcerrimè ſplenduerit. In Pigel, conjugatione ſecunda activa, ſignificat: mundavit. *Quæ enim verba in prima conjug. ſunt intranſitiva vel neutralia, in ſecunda ſiunt tranſitiva, vel activa: quæ verò in prima ſunt tranſitiva, ibi actionem ſignificant ſimplicem; in ſecunda exactam, accuratam, aſſiduam, crebram, celerem, conſtantem, frequentem, vehementem, ut* כָּבֵד *cabhad*, in pr. conj. gravis fuit, in ſec. כִּבֵּד *cibbed*. gravavit: שָׁמַר *ſchamar*, in pr. cuſtodivit, in ſec. שִׁמֵּר *ſchimmer*, quàm diligentiſſimè cuſtodivit. *Schindlerus.*

M Nam θύραις, i. præ foribus eſt peccatum excubans, Gen. 4, 7. Peccatum quidem, ut eo loci ſcribit *L. Oſiander*, aliquandiu, inſtar beſtiæ, ſopitum, & quaſi dormiens cubat: ſed tantùm præ foribus, in loco propin-

pinquo & inquieto; ubi diu quieſcere nequit, ſed tandem evigilat, & peccatoris jugulum petit ſævisſimè.

N Omnia enim DEO ſunt in aprico poſita, quæ *in conſcientiæ noſtræ penetralibus recondimus occulta*, *Casſiodorus.* πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα Hebr. 4, 13. nuda, atque intimè patentia: quaſi pecudes, quæ á collo ſuſpenſæ excoriantur; & per dorſi ſpinam tandem reſupinata finduntur, ut omnino & foris & intùs pateāt. τράχηλος enim collum: unde τραχηλίζειν, quod juxta *Varinum*: διχοτομεῖν, ἢ διὰ τῆς ῥάχεως σχίζειν, diſſecare, & per dorſi ſpinam findere: juxta *Oecumenium* κάτω κύπτειν, καὶ τὸν τράχηλον ἐπικλίνειν, os reſupinare, ut *Statius* loquitur, &, ut explicat *Henricus Stephani*, faciem converſam, oculis exponere.

Hic

Hic verè cognoſcit,
quod latet arcana non enarrabile fibra:
& diſcutit atque expendit,
quid ſolidum crepet, & picta tectoria linguæ, Perſius.

O *Hieronymus & Cæſarius Arelatenſis: iniquitates meas ego cognovi: Pſalterium Gallicanum, Caſſiodorus, Innocentius, Fulgentius: agnoſco.* Hebr. אֵדַע *edag, ſciam, cognoſcam, vel potius, ſcivi, cognovi.* Sancta enim lingua, in rebus contingentibus, pro præſenti, modò præterito utitur, modò futuro, *Chaldaus: ſcelera mea coram me manifeſta ſunt.*

P Vulg. *contra me eſt ſemper*; à qua facit *Hieronymus*. Peccatũ enim ceu hoſtis noſter infenſiſſimus, & accuſator truculentiſſimus, contra nos in divino ſe ſiſtit judicio, nos agit reos, & flagitat condemnationem. Idem tamen *Hieronymus*, cum *Auguſtino* & *Innocentio* ponit:

ponit: *coram me*; quod vult Hebræum: נֶגְדִּי *negdi*; Græci ἐνώπιόν μου *coram me*. *Apollinarius*, in Græca Pſalmi hujus paraphraſi:

Καί μὲν ἀτασθαλίη πέλεται κατ'
ἐναντίον ὄσσων.

& meum peccatum verſatur ob oculos.

Q. *Aliter vident homines, aliter Deus: homines in facie, Deus in corde, Ambroſius*. Cum *Bernhardo* igitur dicendum: *peccator ſum, indignus ſum; tamen ad te Deum meum confugio. Tu clemens, tu pius, tu multa miſerationis. Nullum ſpernis, nullum deteſtaris, nullum recuſas à miſericordia. Domine, oſtende in me miſericordiam tuam. Obſecro Domine, ut non deneges mihi, quod miſericorditer multis dediſti.* Scelera mea non defendo, peccata mea non abſcondo. *Diſplicet mihi malum, quod feci. Ego miſer peccavi, errorem meum con-*

confiteor, culpam meam manifeſto. Iniquitatem meam cognoſco. Peccavi, Deus meus, propitius eſto mihi peccatori.

R Vulg: *tibi ſoli peccavi.* Hebr. לְךָ לְבַדְּךָ *lecha lebhaddecha. tibi, tibi ſoli*, vel; *tibi, ſolùm tibi*: idque vel propter ſutelas, quibus ſua alios delicta celaverat, ut, *ſi non ſatis caſtè, ſatis tamen cautè* peccaverit; quomodò loquitur Johannes Lorinus, Commentator egregius; vel, quia nemo dicere auſus fuerat: *Rex, quid facis?*

S Vulg: *Vt juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas, cum judicaris.* Obſcuriſſimè! Hebr: לְמַעַן תִּצְדַּק בְּדָבְרֶךָ תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ *lemagătizdak bedobræcha, thiskah bheſchophtecha*, i. *ut juſtus ſis in loqui te, ut purus in judicare te*; i. explanante *Munſtero, ut juſtus inveniaris in ſermonibus tuis, qui pœnitentibus veniam promiſiſti:*

ſti: & rectum pronunciet judici
qui delinquentium peccata non
judicium trahere pollicitus es, ſi
te fuerint converſi. Beatorum
trum explicationes varias, v
apud CL. *Seberum*, Virum de
optimè meritum, in dilige
Pſalmorum pœnitentialium
narratione.

Eodem ferè modo verba hæc
terpretatus fuit, in paraphraſi
Petrus Pherndorphius, Poeta n
ignobilis; etſi totam Pſalmi
mentem non expreſſit:

Addixti miſeris multam rede
tibus ad te
verus opem, jam nunc fer mihi
rus opem.

T Vulg: *Ecce enim in iniquit*
bus conceptus ſum; redundant
enim. *Hebræus* enim habe
הֵן בְּעָוֺן חוֹלָלְתִּי *ben beavon h*
lalti, i. *ecce in iniquitate forma*
ſum; LXX. *συνελήφθην concep*
ſum; *Targum*, genitus ſum: *Ki*

chi explanat per יֻצַּר fictus ſeu conceptus fui. *Pineda* ſuſpicatur, cùm hæc David flebili voce caneret, externa circumvolutione corporis id feciſſe, repręſentando ſitum pueri, intra matris uterum; de quo *Hippocrates & Ariſtoteles*: ubi conglobatus in ſemet, naſum habet inter genua, oculos ſuper illa, aures extra: manus itidem ad eadem, caput pedibus proximum, quo ferè etiam pacto ſe aliquando *Elias* ad orandum compoſuerit. Sed ſuſpicio hæc nobis ſuſpecta; cum *domus* ſit, *ſine fundamento & tecto.*

V Vulg: *& in peccatis concepit me mater mea. Hieron. & in peccato peperit me mater mea*; alibi cum *Cypriano: in delictis concepit me mater mea: Thomas Aquinas: aluit me mater mea: Symmachus:* ἐκύησε, *utero geſſit: Kimchi:* יַחֲמָה מִמֶּנִּי *jahhamah mimmanni*, i. *calefecit ſe ex me*: Hebr. יֶחֱמַתְנִי *jahhemathni, calefecit me, fovit me*: יָחַם *jah-*

ham enim includit calorem ſeu vim illam genitalem, qua concipitur & formatur fœtus, & deinde fövetur, ut creſcat in magnitudinem juſtam, tandemque in lucem edatur. Ut ſit ſenſus: maſſam hanc humanam, inde usque à prima origine & conceptione, eſſe diſſimilem legi Dei, & coram Deo ream ac maledictam. **D.** *Georg: Major.*

X Myſteria, Gr. *μυστήρια, ἀπὸ τοῦ μύειν*, à claudendo, occultando, arcana, ſecreta: cujusmodi, ab omnibus propè gentibus, aliqua fuere culta & cuſtodita.

Abſcondi enim tegiq; myſterium quam fideliſſimè oportet; maximè à nobis, qui nomen fidei gerimus. Verùm illi (gentiles) *hanc taciturnitatem noſtram, veluti malam conſcientiam criminantur.* *Lactant: l. 7. c. 26.*

Y Vulg: *ecce enim veritatem dilexiſti: incerta, occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Hieronymus demit: *enim. Hebræus*: ecce verita-

tem dilexiſti, vel diligis בַּטֻּחוֹת *battŭhhoth* in renibus, וּבְסָתֻם *ubbeſathŭm*, & in occluſo, ſapientiam ſcire me facies, vel facis. טֻחוֹת vel טוּחוֹת juxta *Pagninum*, renes, & deinde Metaphoricè etiam, abſcondita, interiora, intima. LXX. τὰ ἄδηλα, ignota, obſcura, latentia. *Occluſum.* Hebr: סָתֻם *ſathŭm*, à radice סָתַם *ſatham*, obſtruxit, obſtipavit, occluſit, ſcilicet aquas, fontes, verba. Hinc deductum videtur *Græc.* ϛόμα os, à claudendo; item *Germanicum* ſtumm/& per inverſionem *Latinum*, mutus, ἄλαλος, cui obſtructa eſt loquelæ ſcaturigo, ut non poſſint inde promanare ῥήματα *Scheraus*. LXX. ſubſtituunt: τὰ κρύφια τῆς σοφίας σοῦ ἐδήλωσάς μοι; i. *abſcondita ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

Paulus huc videtur alluſiſſe, cùm dicit, 1. Cor. 2, 7. λαλοῦμεν σοφίαν θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, i, *loquimur ſapientiam Dei in myſterio, & illam quidem, quæ eſt abſcondita.* Planiſſimè *Petrus Alliacenſis: non hoc novi per humanam ſapientiam, ſed hoc certitudinaliter revelaſti mihi, per divinam ſcripturam.*

Z Vulg: *aſperges me, Domine, hyſſopo.* Domine, additur etiam à *Pſalterio Romano*, ſed præter Hebraicum, Chaldaicum & Græcum textum.

Aſperges: ex Hebræo haberi poteſt vel ſubjunctivus, *aſpergas*; vel futurum imperans, *aſperge.*

Hyſſopo, אֵזוֹב *eſobh*, ex qua aſpergillum conficiebatur ſive abſterſorium, ita ut faſciculus hyſſopi, tribus conſtans caulibus, filo coccineo ad baculum cedrinum alligaretur: quo cùm ſanguis victimarum, tùm aqua luſtratio-

nis

nis diſpergebatur. Quia autem aſperſio hæc,in mundatione, ceremonia erat ultima: ideò *David, typum ponens pro antitypo*, eandem,in ſignum impetratæ peccatorum remiſſionis, orat indeſinenter.*Schindl.* Nec Davidis ſententia, quod hyſſopo inſit vis expiandi peccata: ſed, pro ratione veteris teſtamenti, loquitur typicè, & per hyſſopum, ſanguine aut aqua luſtrali infectam, intelligit ſanguinem Chriſti, ſic olim adumbratum.*D.Geſnerus.*

1. Hactenus ingurgitavi me & conſpurcavi aqua ex *puteo voluptatis ſeculi, in profunditate tenebroſæ,& hauſi hydria cupiditatum, Auguſtinus.* Ad nunc lavari cupio *lavacro aquæ gratiarum; aquæ, de qua qui biberit, non ſitiet in æternum, ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam,* Joh.4,14.*aquæ lacrymarum; aquæ ſcripturarum: ut inter eos connumerari valeam, quibus dixiſti: jam vos mundi eſtis,pro-*

pter ſermonem meum. *Hieronymus Savonorola. Sch. MS.* τῷ ὕδατι τῷ ἐκ τῆς πλευρῆς σοῦ, ἄσπιλον καὶ ἄμωμον ἀναδείξεις με, i. *aqua quæ fluxit è latere tuo, purum & inculpabilem me reddes.*

2. Vulgat: *auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Hieron. *auditum mihi facies &c. ut exultent oſſa, quæ confregiſti.* Hebraicè, תַּשְׁמִיעֵנִי שָׂשׂוֹן וְשִׂמְחָה תָּגֵלְנָה עֲצָמוֹת דִּכִּיתָ *taſchmigeni ſaſon veſimchah, thaghelnah gazamoth dickitha, i. facies me audire lætitiam & gaudium, exultabunt oſſa, contriviſti,* vel: *ut exultent oſſa* (quæ) *contriviſti*: quomodo exponit *Munſterus.* Apud Hebræos enim frequens eſt pronominis relativi אֲשֶׁר *aſchær,* i. *qui, quæ, quod*, ellipſis.

Optat David, novo quodam bonoque ac læto nuncio exhilarari: ut animus conſternatus, & ad terram quaſi proſtratus, erigatur.

Nonnulli inter, *gaudium*, *lætitiam*, *exultare*, diſtinguunt & hoc ad corpus, illa ad animum referunt. *Caſſiodorus* gaudium revocat ad abſolutionem; lætitiam ad perpetua præmia poſſidenda. *Alii* tres gaudii gradus, quos ponit *Thomas Aquinas*, ingerunt: ut, complacentia in affectu, per ipſum, *gaudii*, nomen; dilatio verò ad plus percipiendum id, quod ametur, per, *lætitiam*; & tandem redundantia usque ad corpus, per, *exultare*, ſignificetur. Hebræum ſanè גּוּל *gul*, vel גִּיל *gil*, propriè ſignificat, geſtire in gaudio & lætitia, animi lætitiam geſtu corporis exprimere, exilire gaudio, ſubita felicitate exhilarari, nimio corporis motu præter conſuetudinem exultare, ut, ſi quis ſaltet, gyros faciat, ac ſeſe circuitionibus & circumrotationibus volutet: & שָׂשׂוֹן *ſaſon*, ac שִׂמְחָה *ſimchah*, magis ani-

mo, quàm corpori tribuuntur: ſæpe tamen, etiam ſignificatu coincidunt.

Non autem dubium eſt, quin Propheta hic per tria hæc vocabula, lætitiam voluerit innuere inſignem, quæ tres iſtos gradus includit; an verò iſtis illi verbis propriè exprimantur; *non liquet*.

Contriviſti: Hebr: דִּכִּיתָ *dickitha*. Alii vertunt: *percuſſiſti, vulneraſti, comminuiſti*. דִּכָּה *dicah* eſt opprimendo contudit ſolidiùs & minutiùs. LXX. reddunt per, ταπεινοῦσθαι, *humiliari*; neque id abſurdè.

3. Vulg: *averte faciem*. Hebr. הַסְתֵּר פָּנֶיךָ *haſter panæcha, abſcondere fac faciem, abſconde faciem tuam*. Concinnè *Chaldæus*: amove iram tuam. Videre enim Dei, ut ſcribit *Auguſtinus*, animadvertere eſt & punire: & peccatum, unde ſe Deus non avertit, advertit, ſi advertit, animadvertit, id eſt, punit;

Digitized by Google

nit, *avertendo delet*, *advertendo ſcribit.*

4. Vulg: *cor mundum crea in me, Deus, & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.* Hebr. לֵב טָהוֹר בְּרָא לִי אֱלֹהִים וְרוּחַ נָכוֹן חַדֵּשׁ בְּקִרְבִּי *lebb tahor bera li elohim, ve-ruach nachon hhaddeſch bekirbi*, i. *cor mundum crea mihi, Deus, & ſpiritum perfectum renova in intimo meo.* *Tertullianus*, pro crea in me, conde in me. Significat autem לֵב *lebb*, non tantum animantis illud membrum nobiliſſimum, cor; ſed ſæpè etiam omnia, quorum ſedes eſt in corde: mentem, animum, voluntatem, cogitationem, ingenium, ſapientiam, intellectum, motum animi, affectum, ſenſum, animoſitatem, animi robur, ſtudium, conſilium: quæ omnia in Chriſtianis debent eſſe puriſſima, ſi cor noſtrum velimus eſſe ſacroſanctæ Trinitatis domicilium.

Adſpicis, ut veniant ad candida tecta columba?

accipiat nullas ſordida turris aves? ut eædem columbæ ad loca puriora convolent lætiores? Modo non abſimili SpiritusDei ſanctiſſimus,qui in columbæ ſpecie ſeſe hominibus exhibuit ſpectandum,ſequitur cordis mundiciem; nec habitat in corpore peccatis coinquinato. Orandum igitur cum Judæis,quorum hanc precatiunculam recenſet.*R.Iſaac: Deus animam mundam, quam dediſti mihi,fac talem tibi reſtituam.*

Mundum Hebr: טָהוֹר *tahor*, i, purum,innocens,ſanctum, à rad. טָהֵר *taher*, qua de ſupra lit. *L. Crea* בְּרָא *bera*,à rad. בָּרָא *bara*: quod & ex nihilo aliquid ſignificat producere, quod prius non erat; & ex alio, novum & eximium quiddam producere, ut hoc loco. Non abſolutè petit David,cor ut ſibi creetur, ſed ut cor mundum,utque pravum iſtud, in malitia inveteratum, mutetur at-

que

que renovetur, *Baſilius*. Vel: Quia fornicatio cor aufert. *Oſea.* 4, 11. ideò David corde carebat. (*anima enim non tam eſt, ubi animat; quàm ubi amat*) quod ſibi rogat reſtitui. *Lorinus. Controverſias varias, quæ hic loci ſolent excitari, mittimus, & ad illos remittimus, qui majora de profeſſo tractant: nos cum doctrina illius humanioris, & veterum elegantiarum contenti, potiſſimùm indagamus naturam vocabulorum: quanquam vitæ tabernaculum in iſtis non poſuimus.* Ex verbo בָּרָא *bara*, creavit, eliciunt auctorem creationis, tres perſonas Deitatis אָב *abh*, pater, בֵּן *ben*, filius רוּחַ *ruahh*, ſpiritus, quorum nominum literas continet primordiales.

5. Hebræus habet: רוּחַ נָכוֹן *ruahh nachon*, ſpiritum perfectum נָכוֹן *nachon* ſignificat, paratum, ſtabilem, firmum, qui nec everti, nec impediri queat, præpara-

tum,ratum, certum, verum, rectum. *Ambroſius* intelligit infuſionem Spiritus Sancti, qui rectus nominatur,id eſt, benè dirigens, & deducens in viam rectam, in viam veritatis, Joh 16,13. *In intimo meo*, ex Hebr: בְּקִרְבִּי *bekirbi*, in intimo, interiori,intraneo, medio,corde,cogitatione mea, קֶרֶב *kærebb*,ſignificat id, quod ulteriùs appropinquare nequit, mentem,cogitationes, &c. à rad. קָרַב *karabb*. appropinquavit.

6. Vulg: *ne projicias me à facie tua*: Chaldæus: *à præſentia tua*.

7. Vulg: *SpiritumSanctum tuum*. Chaldæus: *Spiritum propheticum ſanctitatis tuæ*: quem ſequuntur, *Theodoretus*,*Baſilius*,*Chryſoſtomus*, *Euthymius*. Hebr: רוּחַ קָדְשְׁךָ *ruahh kodſchecha*, *Spiritum ſanctitatis tuæ*; ſpiritum ſanctificantem,qui efficit in corde ſpirituales motus, reſiſtit cupiditatibus carnalibus,& mortificat in nobis

reli-

reliquias peccati. *D. Georg. Major.*

8. Vulg: *redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Hieron: *Jeſu tui.* Chaldæus: *converte ad me legem tuam, ut gaudeam in redemtione tua*: Hebræus הָשִׁיבָה לִּי שְׂשׂוֹן יִשְׁעֶךָ *haſchibbah li jeſonjiſchacha*, i. *redire fac, reduc, redde, mihi lætitiam ſalutis tuæ*: ut, quemadmodum ante peccatum, ita & nunc poſt illud perpetratum, ob prævisionem de adventu Chriſti, exultem, *Hieronymus.*

Salus Hebr. יֵשַׁע *jeſchag*; à rad. יָשַׁע *jeſchag*: in tert. conj. act. Hiphgil הוֹשִׁיעַ *hoſchiag*, ſalvavit: unde nomen יֵשׁוּעַ *Ieſchuag*, Jeſus, ſalvator, ſalutis auctor; nomen Domini noſtri, Nazareni, regis mundi, & mediatoris liberatoriſque omnium hominum; qui propterea à ſalvando nomen habet, quia מוֹשִׁיעַ *moſchiag*, ſalvat populum ſuum à peccatis ſuis. Hanc notationem ipſe tradit an-

gelus Mat. 1, 21. תִּקְרָא אֶת־שְׁמוֹ יֵשׁוּעַ כִּי הוּא יוֹשִׁיעַ אֶת־עַמּוֹ מֵחַטֹּותָם *tikra eth ſchemo jeſchuag, kichu joſchiag eth gammo mehhattotham*; in textu hebræo, quem edidit *Munſterus*. Hoc eſt: *vocabis nomen ejus Ieſus: nam ipſe ſalvabit populum ſuum, à peccatis ipſorum*: ut mirandum ſit, *virum quendam eruditiſſimum*, etymon afferre aliud, & ex יהוה nomine Dei τετραγραμμάτῳ, cui ש inſeratur, deducere.

9. Vulg: *& ſpiritu principali confirma me*. Hieron: ſpiritu potenti; alii; *ſpiritu voluntario*: Chaldæus: ſpiritu munificentiæ. Hebræus: רוּחַ נְדִיבָה *ruahh nedibhah*, ſpiritu munifico, voluntario, promto, alacri, principe. נְדִיבָה *nedhibhah* enim, fœmininum eſt à נָדִיב *naddibh*, quod à rad: נָדַב *naddabh*, ultroneus, liberalis, munificus fuit in conferendo, elargiendo, diſtribuendo, vel ad ſacrificia & cultus, vel ex-

tra ſacrificia, ad pios uſus, ſive Deo,ſive hominibus: & includit quandam hilaritatem, ſeu alacritatem, & quodammodo heroicam munificentiam. Forſterus. Petit igitur David moderatorem omnium greſſuum ſuorum, quos facilè poſſe vacillare, viderat; & alacritatem, qua ducem illum ſanctum, promtè ſequatur. LXX. habent, ἡγεμονικῷ, principali. *Confirma me*. LXX. στήριξόν με, quod idem ſignificat. Hebr: תִּסְמְכֵנִי *tismecheni*, fac inniti me: à rad: סָמַךְ *ſamach*, deſuper ſuſtinuit, è ſupernis ſuſtentavit perſonam, ne cadat & pereat, fulcivit ſupponēdo manus, ne corruat, ſed innitatur, ac tantùm nō portavit.

Quoniam in verſibus hiſce tribus, 12, 13, 14. vocabulum רוּחַ *ruahh*, ſpiritus ter repetitur; putant nōnulli *tractatores*, myſterium innui Trinitatis, & per ſpiritū rectum, perſonam ſignificari ſecun-

cundam; per ſpiritum ſanctum, tertiam; per ſpiritum principalem, primam.

10. Vulg. *docebo iniquos vias tuas.* Auguſtinus & Caſſiodorus, *doceam:* quod ponitur pro docebo: quod novum non eſt. Flectuntur enim & verba alia multa in futuro ordinis ſecundi, ut verba ordinis quarti.

11. Vulg: *libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ.* Auguſt: *erue me*: Hebr: הַצִּילֵנִי *hazzileni, eripe me. Deus, Deus ſalutis meæ*: Græci: ὁ θεὸς, ὁ θεὸς σωτηρίας μου, Chald. יְיָ אֱלֹהִים *Jehova Elohim, Domine Deus.* Hebr: אֱלֹהִים אֱלֹהֵי תְּשׁוּעָתִי *Elohim Elohe theſchuathi*; quaſi dicat: tu Deus, unica ſpes, unicum meum ſolatium, unicum animæ meæ deſiderium &c. in repetitione enim hac, ardentiſſimũ cordis affectum, voluit exprimere. *Apollinarius* ſubſtituit: φέγγος ἐμῆς βιοτῆς, lumen

meæ

meæ vitæ. Vel: *ſalutis meæ*: non mortis, non exitii & interitus, ſed vitæ & felicitatis ac conſervationis.

12. Vulg: *de ſanguinibus.* Latinè *ſanguines, à ſanguis, & ſanguina à ſanguen non dicitur.* Expreſſit autem, exprimere certè conatus fuit vulgatus interpres, Græcum: ἐξ αἱμάτων, & Hebr: מִדָּמִים *middamim*, quod eſt plurale ſingularis דָּם *dam*: quod ſignificat ſanguinem, colorem rubeum, ſuccum, vitam cujus vehiculum eſt ſanguis, naturam & propagationem hominum: reatum ſeu pœnam ſanguinis & vitæ, cumprimis in num: plurali, & generaliter varia peccata & ſcelera. *Chaldæus* perſpicuè hic explicat: מִדִּין קְטוֹל *middin ketol*, *à judicio cædis.*

13. Vulg: *Domine, aperies labia mea.* Chaldæus addit: *in lege tua*; quod in Hebræo non reperitur.

Fuit

cundam; per ſpiritum ſanctum, tertiam; per ſpiritum principalem, primam.

10. Vulg. *docebo iniquos vias tuas.* Auguſtinus & Caſſiodorus, *doceam:* quod ponitur pro docebo: quod novum non eſt. Flectuntur enim & verba alia multa in futuro ordinis ſecundi, ut verba ordinis quarti.

11. Vulg: *libera me de ſanguinibus, Deus, Deus ſalutis meæ.* Auguſt: *erue me:* Hebr: הַצִּילֵנִי *hazzileni, eripe me. Deus, Deus ſalutis meæ:* Græci: ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς σωτηρίας μου, Chald. יְיָ אֱלֹהִים *Jehova Elohim, Domine Deus.* Hebr: אֱלֹהִים אֱלֹהֵי תְשׁוּעָתִי *Elohim Elohe theſchuathi;* quaſi dicat: tu Deus, unica ſpes, unicum meum ſolatium, unicum animæ meæ deſiderium &c. in repetitione enim hac, ardentiſſimũ cordis affectum, voluit exprimere. *Apollinarius* ſubſtituit: φέγγος ἐμῆς βιοτῆς, lumen

meæ

meæ vitæ. Vel: *ſalutis meæ*: non mortis, non exitii & interitus, ſed vitæ & felicitatis ac conſervationis.

12. Vulg: *de ſanguinibus.* Latinè *ſanguines, à ſanguis, & ſanguina à ſanguen non dicitur.* Expreſſit autem, exprimere certè conatus fuit vulgatus interpres, Græcum: *ἐξ αἱμάτων*, & Hebr: מִדָּמִים *middamim*, quod eſt plurale ſingularis דָּם *dam*: quod ſignificat ſanguinem, colorem rubeum, ſuccum, vitam cujus vehiculum eſt ſanguis, naturam & propagationem hominum: reatum ſeu pœnam ſanguinis & vitæ, cumprimis in num: plurali, & generaliter varia peccata & ſcelera. *Chaldæus* perſpicuè hic explicat: מִדִּין קְטוֹל *middin ketol*, *à judicio cædis.*

13. Vulg: *Domine, aperies labia mea.* Chaldæus addit: *in lege tua*: quod in Hebræo non reperitur.

Fuit

Fuit hic verſiculus in Eccleſia Latina frequentiſſimè uſurpatus, initio precum matutinarum; ne ad Deum homines ore tantum appropinquarent, non corde, Eſ. 29,13. Ipſi etiam Judæi, ut diſcimus ex *Genebrardo*, peculiari decreto ſanciverunt, ut quævis precationes eo inchoarentur: tùm quia mentem reddat attentiorem; tum quia ſuam ad Deum orationem, primò ejus vocabulo אדני *adonai, Domine*, fuerit Abraham auſpicatus, quod αὐτοῦ λόγου factitatum, non credunt.

14. Vulg: *os meum annunciabit laudem tuam. Annunciabit* Hebr: יגיד *jaggidh, faciet eſſe præſens, in theatrum quaſi, & conſpectum producet.* Eſt enim illud verbum à נגד *nagadh, coràm*, deductum; ut artificioſam indigitet diatypoſin, qua rem, ob oculos veluti, ponamus.

15. Vulg:

15. Vulg. *quoniam, ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique.* Hieronymus: *non enim vis, ut victimam offeram*; alii: *quoniam non eſt tibi acceptum ſacrificium*: Gr: ὅτι οὐκ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν, i. *quoniam non voluiſti ſacrificium: dediſſem equidem*: Hebr: כִּי לֹא תַחְפֹּץ זֶבַח וְאֶתֵּנָה *ki lo thahhpotz ſabhahh, veættenah*, *quoniam non voles, vel vis, ſacrificium; & dabo, vel dediſſem. Sacrificium*, Hebr: זֶבַח *ſebhahh*, quod eſt, mactatio, jugulatio, cædes pecudis ad convivium vel ſacrificium; & per metonymiam, convivum, ſacrificium, victima. Et quidem κατ' ἐξοχὴν ea ſacrificii ſpecies hoc nomine veniebat, quæ זֶבַח שְׁלָמִים *ſæbhahh ſchelamim*, i. ſacrificium retributionum nuncupabatur, unde ſolis ſanctis ſeu mundis comedere licebat: quoties videlicet זֶבַח *ſæbhahh*, ſacrificium, & עוֹלָה *golah*, holocauſtum

cauſtum, tanquam duæ præcipuæ ſacrificiorum ſpecies, conjunguntur; quorum hoc integrum ſuper altare concremabatur; illius pars incendebatur, ut adeps & exta; pars vero tradebatur ſacerdotibus. *Schindl.*

16. Vulg: *holocauſtis non delectaberis*, ex Græco: ὁλοκαύτωμα οὐκ εὐδοκήσεις· Hieronymus; *nec holocauſtum tibi placet*: Hebr: עוֹלָה לֹא תִרְצֶה *golah lo thirzah*, i. *holocauſtum non voles.*

Holocauſtum עוֹלָה *golah*, ex עָלָה *galah*, aſcendit, erat hoſtia, quæ detractis extis, integra aræ imponebatur, & tota, præter pellem, comburebatur. Ita dicebatur, ab elevatione ſui ſuper altare, vel ab aſcendente fumo; erátque typus Chriſti, unici holocauſti, pro nobis in cruce elevandi & offerendi; nec non precum ſurſum aſcendentium.

17. Vulg: *ſacrificium Deo, ſpiritus*

tus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Tertullianus; *animam conquaſſatam cibi auguſtiis, cor contribulatum, animum conflictatum jejuniis:* Græc; τὸ πνεῦμα τὸ συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει, i. *ſpiritus contritus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* Hebr: זִבְחֵי אֱלֹהִים רוּחַ נִשְׁבָּרָה לֵב נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה אֱלֹהִים לֹאתִבְזֶה׃ *ſibbhe Elohim ruahh niſchbara: lebh niſchbar venidche: Elohim, lo thibhſæh,* i. *ſacrificia Dei* (ſunt) *ſpiritus confractus: cor confractum & concuſſum:* (hæc) *Deus non deſpicies.*

Confractum, נִשְׁבָּר *niſchbar,* à rad. שָׁבַר *ſchabhar,* fregit, rupit, diſrupit, res duras comminuit; & Metaphoricè de corde, ſpiritu vel animo, triſtavit, contriſtavit; dolore affecit, ut non poſſit

πρὸς

πρὸς τῦφον ἀναστῆναι, *nova intumeſcere ſuperbia.* Concuſſum, נִדְכָּה *nidkah*, comminutum, contuſum ; à rad. דָּכָה *dacha*, qua de n.2.

18. Vulg: *Benignè fac, Domine, in bona voluntate tua.* LXX. ἀγάθυνον *bene fac*; Symmachus, εὐεργέτησον *beneficia exhibe, benignare*: quod verbum, ad formam, *malignari*, formatum, *l.3. Eſdræ, c.4. v.39.* legitur. Hebr: הֵיטִיבָה בִרְצוֹנְךָ *hetibbah bhirzŏecha.* i. *benefac in benevolentia tua, ex favore tuo, juxta voluntatem & deſiderium tuum.* Hoc enim innuit nomen רָצוֹן *razon*, à rad: רָצָה *razah*, voluit, benevolus, delectatus, placatus, reconciliatus fuit, favit, probavit, acceptavit, placuit, conſenſit, annuit, contentus fuit.

19. צִיּוֹן *Zijon.* Nomen montis, in cujus vertice arx erat conſtructa, quæ à Davide capta, vocabatur, *civitas Davidis*, In latere montis

tis Aquilonari erat templum, in quod arca Domini à Davide translata: unde *mons* vocatur *ſanctus*, & quod verbum Domini inde egreſſum. Paſſim accipitur pro Eccleſia & ejus civibus, quorum rex Chriſtus.

20. Optat *David, accelerare Eccleſiæ congregationem per vocationem gentium, quæ, non ancillæ filii, ſed liberæ illius Hieruſalem, quæ in cœlo eſt, fidei ſuæ proſapiam toto orbe diffunderet, ſpiritualium ſeptæ murorum doctrinæ Apoſtolicæ fundaret aſſertione*, Ambroſius.

21. Vulg: *oblationes*: Codex Complutenſis & regius, *oblationem*; Græc: *ἀναφορὰν oblationem*, *& τελετὴν*, id eſt, *conſummandum*, *conſummationem*: Hebr: כָּלִיל *kalil*, conſummatum, abſolutum, perfectum; holocauſtum, quod totum comburebatur, & in fumum abibat; totum Dei erat, nec inde quicquam homines percipiebant,

Im-

Im nolemus & nos, cum *Bernhardo, vitulum novellum, cornua producentem & ungulas,* (Pſal. 69, 32.) per novæ converſionis effectum; *vitulum de armento,* (Lev. 9,23.) per ſacræ Religionis profectum? *vitulum ſaginatum,* (Luc. 17,26, 27,30.) per conſummatæ virtutis affectum. Hoſtia vivens, ſancta, Deo accepta, & cultus rationalis: hæ oblationes & holocauſta; hi boves & vituli, à fide juſtificatis oblati, & impoſiti ſuper Chriſto, altari ſancto, ſummo & cœleſti, erunt odor acceptabilis Deo: cui ſit cum Filio,

cumq; Sancto Spiritu,
laus perennis, gratiarum
actio, hymnusq; & melos,
fama, virtus & triumphus,
inclyta & victoria,
ſeculorum ſeculis.

Prudentius.

EPISTOLA Reverendi & Clariſſimi Dn. Chriſtophori Crineſii, de ſtudio ſacro.

Literas tuas Dilherre amiciſſime, poſtquā cō-ſpexi, manum remque tuam confeſtim agnovi: quarum illa bonis velificari omnibus eſt paratiſſima; hæc, Sithonia nive candidior, abſentium Tuorum tàm firmam retinet memoriam, quàm ſui olim Ulyſſis Penelope, ut tui fingunt Poetæ; vel, ut mea loquitur חֶפְצִי־בָהּ

Scriptura Jonathan Davidis. Conſilium meum quòd expetis & ſententiæ ſignificationem; utrum toto de pectore diſciplinarum reginæ Theologiæ debeas mancipare, an diutiùs circa maris hujus inexhauſti litora obambulare, & ſuaviter ludere, hoc eſt, Linguarum & Philoſophiæ ſtudiis incumbere? pro tua facis modeſtia, Charisſime. Ipſemet, quid è re ſit, & tua & Eccleſiæ, cujus Doctorem te aliquando ſperamus, facilè perſpicies. Ne verò, ſi prorſus taceam, vel negligentiam, vel invidiam, quæ dira Erynnis regnum occupat literatorum

‸um, interpreteris: animum tibi meum breviter aperio. Ii ſunt tàm in linguis potioribus, quàm omnibus Philoſophiæ purioris partibus tui progreſſus, ut magna delectatione, cum multa quidem venuſtate, luce ac mundicia verborum, Latinè ac Græcè perorantem te audiverimus, diſputantem viderimus; atque id propterea diutiùs nobiſcum viventem optaverimus. Sed fata te tua, ſemper iniquiora, ad Salam, utinam magno cum fœnore rediturum, pertraxerũt: ubi ut vel tandem ancillæ amorem in dominam transferas, auctor

tibi ſim ſuaſorque. Si Deus ſuperſtitem te ſervaverit, tempora deprehendes, poſt hunc Eccleſiæ noſtræ cataclyſmum, miſeranda & deploranda: non quidem propter hoſtium violentiam, ſed hominū ignorantiam: adeò enim illa juventutem occupavit, ut vix magni illi Nutritii multis ex millibus unum ſint olim deprehenſuri, qui fidei articulos ex fontibus ſciat eruere, explicare, defendere. Theologiam igitur, Theologiam, Dilherre, amplectere, fove, oſculare; ſcripturam volve, revolve, lege, relege, atque ita quidem excole, ut in N. T.

Græcã & Syriacã, in V. Hebræã & Chaldæam linguas gnaviter adhibeas, Theſauros invenies in verſione utraq; incomparabiles. De Græco certè textu in tabulis Evangeliſtarum & Apoſtolorũ ferè actum eſt, niſi ex idiotiſmis matris Hebrææ & filiarum enodetur, תַּרְגּוּם quid conferat, explicare, epiſtola non permittit. Videſis utilisſimum tractatum de Chaldaica S. Scripturę paraphraſi Franciſci Lucæ Brugenſis. Adde hiſtorias & antiquitatis peritiam: qua ſine in mero meridie, uti in conticinio, titubabis. In ea autem imbibenda juvabunt te Joſe-

phius, Hieronymus, Tertullianus, Arnobius, Minutius Felix, Hiſtoria Tripartita, Flacius, Arias Montanus, Waſerus, Scaliger, Calviſius, Druſius. Ad uſum etiam hîc transfer tuam Philoſophiam: quæ, Clementis judicio, ad veritatem cooperatrix & adjutrix invenitur: ſicut primus & ſecundus gradus ei, qui aſcendit in cœnaculum; & Grammaticus ei, qui eſt philoſophaturus. Eſt quidem per ſe perfecta Servatoris doctrina, & nullius indiga; cùm ſit Dei virtus & ſapientia: accedens autem Philoſophia non veritatem facit poten-

tio-

tiorem, ſed debilem adverſus eam efficit ſophiſticam argumentationem, propulſans doloſas adverſus veritatem inſidias, vineæ & ſepes, & vallum. Plura tuus Auguſtinus tibi ſuppeditabit: cujus libros de D. C. aureolos comites tuos eſſe individuos, non neſcio. Non enim, quando volui, ancillæ te amorem in dominam transferre, hoc etiam ſimul volui, ancillam te proſequi odio, vel nunquam cum ea colloqui: ſed & iſti propter hanc nonnunquam abblandiri, lubens concedo. Quamobrem operam non inutilem poſueris, ſi quotidie ali-

quid

quid ſpatii utilisſimis au-
ctoribus, quos tibi præ ce-
teris feciſti familiares, con-
ſecraveris: ne quid memo-
ria deperdat. Si hæc mea
qualiacunque monita, in-
nata tua induſtria & dili-
gentia conſueta obſerva-
veris: (obſervabis autem
maximè) non dubito, quin
multos ætate multùm te ſu-
perantes, longisſimè ſis præ-
ceſſurus, & operarius in vi-
nea Domini futurus exo-
ptatisſimus. Res ſibi ſuas
illos habere patere, qui in-
felice inflati opinione, in-
ceſſu adeò compoſito cir-
cumeunt, ut ne pedum qui-
dem veſtigia extra menſu-
ram videas aberrantia: qui
chla-

chlamydem ita faciunt quaſſando undantem, ut heri vel nudius tertius ex Platonis aut Pauli putes rediiſſe auditorio, atque univerſam & divinam & humanam ſapientiam exhauſiſſe: ſi quæras nomen, vix recens audias creatos Bacularios vel Magiſtros, nempe ignorantiæ. Hos, inquam, devita, & recto ad veram ſapientiam pietatemque gradu, perge contendere. Ut de meo in te amore planè nihil dubites: ecce tibi Lexicon meum Chaldaicũ typis excuſum, & χειραγωγίαν ad linguam Syriacam manuſcriptam; quam CL. Piſcator, Profeſ-

ſor quondam veſtræ Salanæ ſolertisſimus, nobiſcum communicavit. Propediem etiam libellum de Confuſione Linguarum, cui Diſputationem, quam olim, me præſide, tutabaris, de octo quæſtionibus, annecti curavi, tramittam. Tu, ſi hominū vita exceſſero, quod brevi eventurum prævideo, vicisſim filiorum meorū curam habere ne pigrare. Sic Jehovah noſter tibi faveat æternum! Saluta noſtrum Horſtium. Dabam Altorphi Noricorum 21. Jul. M DC XXIX.

Tuus totus Sincerus

Chriſtophorus Crineſius, Th. Pr.

Sem-

Semper in mentem habe, ſi ſtudiis gravisſimis te ſentis defatigatum, hoc *Hieronymi*: nullus labor durus, nullum tempus videri longum debet, quo gloria æternitatis acquiritur: & *Gregorii*: ſancti Viri quot labores nunc veritati exhibent; tot jam remunerationis ſuæ pignora, intra ſpei ſuæ cubiculum, clauſa tenent.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google